
71

ALBERTI PIGHII CAMPENSIS, Philosophi Mathematici, ac Theologiæ baccalaurei formati, aduersus prognosticatorũ vulgus, qui annuas prę dictiones edunt, & se astrologos mẽtiũtur, Astrologiæ defensio, ad AVGVSTINVM Nyphum Suessanum philosophorum nostræ ætatis principem, & Astrologiæ synceríoris restauratorem.



PARISIIS
Ex officina Henrici Stephani.
1518.


CONTENTA.

¶ Demonstrat primo, prognostica annorũ mundi, quae annis singulis emittuntur, somnia esse inanissima, nec vnq̃ secundum Astrologicas regulas facta.

¶ Secundo ostendit, Astrologiam nihil recognoscere eorũ quæ astrologi nostri fere õnes, tam infauste toti fere orbi vaticinantur, ex illo planetarum omnium conuentu in signum piscium qui futurus est Anno 1524.

¶ Tertio loco subiungit significationes solaris illius eclipsis quæ fuit Anno 1518. octaua Iunij, quę Anno 1519. & sequenti pręcipue vigebunt, vna cum anni 1519. illius prognostico particulariori: vt Astrologiæ tyrones hoc veluti exemplum habeant Ptolomaicæ doctrinæ de mundanarum rerum iudicijs.

ALBERTI PIGHII CAMPENſis ad AVGVSTINVM Nyphum Sueſſanũ philoſophorum noſtræ ætatis principem,& ſynceriorìs Aſtrologię reſtauratorẽ, contra prognoſticatorũ vulgus, Aſtrologicæ defenſionis Præfatio.





VM ipſe mecum ſæpius reputarem AVGVSTINE doctiſſime ſortem Aſtrologiæ tam acerbam, ꝙ iam eius nomen, non ſolum veluti prophanum, ſed vt infame, vt ſuperſtitioſum, vt ſortilegum reſpuatur a doctis,& pręcipue a theologis noſtris, qui ignorantiam religionem putant, ingens peccatum ducentes, ſiquis Mathematicis diſciplinis det operam, adęo vt iam nemo ingenuior auſit profiteri ſe Aſtrologum eſſe, ſed ſi qui his rebus ſtudeãt, id diſſimulãter agere cogãtur:non potui non dolere q̃maxiẽ, tã iniquã ignorãtiã ſæculi noſtri. Sed ſæpiꝰ cũ Hieremia tacitus mecũ exclamo. Quomodo obſcuratũ eſt aurũ:mutatꝰ eſt color optimus? Quomodo princeps ſciẽtiarũ facta eſt adeo in cõtumeliã & opprobriũ? Perquirẽti autẽ mihi huius tã iniquæ ſortis rationẽ, ea eius cauſa præcipua occurrit: ꝙ genus quoddã hominũ in

doctissimum, qui ridicula quædam annorum prognostica annis singulis emittũt in vulgus, & mendacia sua omnia, sua sortilegia, suas superstitiones in Astrologiam referunt, non modo præcipui, sed & soli fere Astrologi esse credũtur. Neq; vulgo tantũ, cui semp genuinũ fuit, pro veris falsa approbare: sed & apud õnes, & apud reges et principes, qb⁹ quæcũq; placeãt, cõstãtissime promittũt, imposturarũ suarũ & mẽdaciorũ magna præmia reportãtes. Deinde ꝙ tã pauci sunt hac tẽpestate, qui iuxta dominicũ pręceptũ, possint preciosum a vili separare, eo miserię deuẽtũ est, vt q̃ istorũ diuinaculorum vitia, superstitiones, et sortilegia cernuntur, Astrologiæ esse existimantur, cuius se mẽtiũtur professores. Coegit me itaq; bonarũ disciplinarum zelus, & sua, qua apud me potest, auctoritate, astrologia, vt causã suam aduersus nugatores istos susciperem, per quos, tam insigni infamia affecta est, & afficitur quotidie. Conquesta in primis, iniquis iudicibus, tam male de se iudicari, ob quędã falso sibi adscripta, ab his q̃ se astrologos mẽtiuntur, quibus iurat se nũq̃ cõsensisse. Iustorũ esse iudiciũ, vt causæ merita intelligãt antea q̃ iudicẽt: qđ minime secũ fieri ab his qui tã sinistre de ea sentiũt, dolet summope. Deinde, nõ se posse ferre diutius, ꝙ õnes quicũq; mentiri

volunt, quicunq; imponere, eam sibi patronam asciscunt. Se permittere libēter omnibus diuinare, sortilegari, somniare quęcunq; volunt, neq; quicq̃ contradicturam: modo hæc non in ipsam referant, quę nunq̃ cognouerit. Quanq̃ autem difficile inducebar, ad hoc patrocinium suscipiendū, vt cui alia studia plus cordi erant (in hoc enim, animi tantum leuādi gratia, diuorto nonnunq̃) quia tamen causa hæc non vsq; adeo difficilis & periculosa mihi videbatur, sed facile contra indoctissimum hoc prognosticatorum genus Astrologiæ partes posse defendi, ꝗ nunq̃ mendacijs eorum consenserit: eo facilius induxi animum ad hoc defensionis munus obeundū. præsertim, cū & ipsa honesti ratio exigat, vt veritatem tueamur: & honestas disciplinas a cōtumelijs & opprobrijs vendicemus, quibus per tam improbos homines exponuntur. Sed vt ad te redeam Augustine doctissime, tua humanitas, tua doctrina, & tuus, immo noster Galeatius Florimōtius Suessanus, hic apud Christianissimum regem agens pro illustrissimo domino M. Antonio Columna, homo vtiq; nō minus Astrologiæ q̃ Philosophiæ peritus, cum quo viuo coniunctissime, omni ea pœna me liberauit qua laborant plurimi, diu perquirētes quibusnam lucubrationes su-

as dedicent commodius, nam ille me ad ſcribendum impulit: & anteq̃ ſcripſiſſem tibi iã deſtinauerat, qui ꝙ te ſemper in ore habet, & quoties familiarius colloquimur, te ſemper tuaſq; virtutes prædicat, tuaq; mihi opera & in Philoſophia & Mathematicis doctiſſima cõmunicauit: hoc breui effecit, vt te, abſentem licet & nunq̃ a me viſum, ardentiſſimo tamen amore diu ſim proſequutus, tibiq; aliqua ex parte notior fieri deſyderabã. Quãq̃ autem quando ad te reſpicio, parum habuiſſe videor virtutis & excellentiæ tuæ rationem (nunq̃ enim, deum teſtor, hæc diſputatio digna mihi viſa fuit quam ad te ſcriberem, tumultuario tantum, & trium quatuorve dierũ ſtudio conſcripta) ſed ea omnis culpa in Galeatio tuo erit, quęcũq; illa fuerit, qui ipſe, nõ ego, eam tibi dedicauit. Quando tamen circunſpicio: cuinam hæc dedicare potuiſſem q̃ tibi, inuenio neminem. Primum: ꝙ tam pauci, apud noſtrates præſertim, diſciplinis Mathematicis ſtudẽt, etiã ſi dedita opa diu q̃ſiſſem, vix vnũ reperiſſẽ aut alterũ qui de his rebus recte potuiſſet iudicare, ne dicam, qui eas recte intelligeret. adeo nulli apud nos inueniũtur, qui Ptolomaicæ illi & ſynceriori Aſtrologiæ nauẽt operam. Sed ſi qui ſe pro Aſtrologis gerunt: omnium Mathematicarum

disciplinarum sunt ignari, Punicis tantum fabulis & superstitionibus imbuti: contra quos præcipuæ hoc bellum suscepimus. Deinde: quoniam cum ingenti multitudine solus fere congressus, aduersus plurimos hanc disputationē suscepi: nihil dubitaui, omnes illos qui se Astrologos vulgo haberi cupiūt, quiq; suā auctoritatem per nos intelligent labefactari, coniuncta veluti manu, contra me consurrecturos: Quos omnes, tametsi ne flocci quidē ęstimem, & plus venena eorū (sunt enim medici fere omnes) q̄ disputationes formidarem: ipsa tamen multitudo solet auctoritatem habere. Eo igitur patrono, his nostris lucubrationibus opus fuit, cuius vnius auctoritas, tātæ multitudini obijci possit. Quamobrē vel nulli alij, vel tibi, hæc Astrologiæ defēsio dedicari debuerat, qui omniū cōclamatu, in litteraria ac philosophica republica, veluti princeps quidam ac imperator præsidere iudicaris, quique fere solus de nostræ disputationis summa recte potes iudicare, syncerioris illius Astrologiæ restaurator. Atq; vtinam per te liceret nobis Ptolomæum totum latinū legere. Quem cum intellexero etiam nostræ parti subscribere, et pro nobis sententiam ferre (haud enim dubitaui, quin nobiscum sentias, qui vbiq; cū Ptolomęo sentire studuim9)

nihil erit quod ego totã reliquam multitudinem, tametſi numeroſiſſimam, vel pili faciã. Vt igitur labores noſtros, pro tua humanitate manu placita ſuſcipias, rogo. Quos nõ ego tibi dedico, ſed Galeatius tuus tibi chariſſimus, per quem ſperant tibi fore gratiores. Hoc tantum ſine abs te impetrem, qui te nõ minus q̃ Galeatius diligit, in amicitiam cum Galeatio recipiatur. Vale.

Ex Pariſijs III. CAL. IAN.

¶Nūc priuſq̄ ad inſtitutum veniamus, hoc ſolum lectores præmonere volui, ne quiſq̄ in hac noſtra diſceptatione, florem orationis de= ſyderet. Primum: ꝙ res ipſa de qua agitur, or nari vetat, contenta doceri. Deinde: quia phi loſophica hæc eſt diſputatio, quā ſimpliciſſi= mam eſſe decet, nullo verborū lenocinio, nul= lo fuco orationis obuelatā, vt ipſa veritas nu= da, facilius conſpiciatur. Et tertio, ꝙ cum bar= baris hominibus mihi ſermo eſt: ad eorū me normam loqui oportet. Nam vt lepide eſt in prouerbio: balbi non niſi balbos intelligunt.

¶Vt autē hęc noſtra tractatio ſit ordinatior, oſtēdemus primo, prognoſtica annorū mūdi quæ annis ſingulis fiūt ab his noſtris diuina= toribus, ſolum aniles quaſdam fabulas eſſe, in quibus Aſtrologia nihil ſuum recognoſcit, vt quæ nunq̄ ſecundum aſtrologicas regulas facta ſunt, ſed (vt ſemper inuēta ſunt) meriſ= ſima mendacia. inter quæ tam multa, ſi quid aliquādo veri prædicatur: id forte fortuna ac= cidere, aut de cōpoſita quadā aſtutia ꝓuenire. Secundo demōſtrabimus vana eſſe, nec aſtro= logicę veritati conſona, quæ vulgus aſtrologo rum, toti fere mūdo minitatur: ex eo qui futu rus eſt omniū planetarū conuentu in ſignum piſcium, āno 1524. ex quo, vniuerſo fere orbi, climatibus, regnis, prouincijs, ſtatibus, digni

tatibus, brutis, beluis marinis, cunctisq; terræ nascentibus, indubitatam mutationē, variationem, alterationem, nobis comminātur: talem profecto, qualem a pluribus sęculis, ab historiographis, aut natu maioribus vix percepimus, immo fere totius mundi submersionē. quibus rebus, imperitorum animos haud parum conturbant. Tertio loco, ne aliena tantum refellamus: subiunximus significationes solaris deliquij, quod præcessit octaua Iunij, anno 1518. cuius effectus, hoc āno 1519. pręcipue apparebunt. Et huius anni prognosticon, in quo, Ptolomęi omniū mathematicorum facile principis pręcepta ad amussin studuimus obseruare. Et hoc quidem eo cōsilio, vt rerum cœlestium studiosis exemplum daremus Ptolomaicę doctrinæ, de mundanarū rerum iudicijs. & vt imitatione nostri, inuitaremus alios Astrologiæ studiosos, vt relictis fabulis Albumazaris & Punicorum, Ptolomęū studiosius excolerent: vberiorem haud dubie, q̄ a reliquis omnibus fructum reportaturi.

PARS PRIMA.

ANILES FABVLAS ESSE ANnorum prognostica, quę annis singulis emittuntur, nec Astrologiam quicq̄ in his cognoscere.



T q̄breuissime ostēdam9, quę fiūt indies ānorum prognostica, minime astrologica eē, sed merissimas nugas: operępciū erit venire ad fūdamēta eorūdē, vt cū ea mōstrauerim9 inania esse, nec Astrologiā qcq̄ in eis recognoscere, cōmonstratū sit id qd̄ ꝓposuimus. Inuenim9 itaq; vulgatā horū ōniū ꝓgnosticātiū viā esse ex cœli themate, in Solis introitu in punctū verni æquinoctij: qd̄ esse autumāt, cū Sol numeratur in tabulis in principio arietis. Hinc āni dn̄m cōstituūt, q in themate vires obtineat pollentiores. Hinc bella, hinc paces pdicūt, hinc caritatē rerū omniū, fertilitatē, pestes, atq; īfirmitates tā horrēdas nobis cōminātur: ex statu videlicet domini āni, & planetarū in ea cœlesti figura. Et in ōnib9 his, supponunt semp deuolutionē magnorū orbiū, Saturnias reuolutiones, directiōes, pfectionesq; a maximis mediisq; coniūctionibus. Hęc trita est via, & Albumazaris, cæterorūq; Punicorū doctrina: quorū fabulis, oēs hi ad vnū sunt instituti. Q̄zq̄ vn9 ex his, cui9 nomē est apud Gallos celebre, & prim9 pcipuusq; astrolog9 habet̄ Gaspar Laeth, Physicus Antvverpiēsis, in huius āni 1519. prognostico, qd̄ ex more edidit, vulgatā hāc viā (quā in ōniū pcedētiū ānorū pdictionib9 secut9 ē) ptermittēs, veluti cōsci9 falsitatis eaꝝ ōniū: aut qa nouū aliqd afferre voluit, quo a cęterorū ꝓgnosticis, sua īternosceretur. tāt9 ei numer9 est istorū diuinaculorū. Precipuū fundamētū, & rōnē fere totā pdictionū suarū ab

orbib9 magnis deducit: quos a cōiunctiōe illa Saturni & Iouis, quā ānis 279. dicit pcessisse diluuiū, ad primū diē Ianuarij aut Martij, āni pītis, & ad designata circu li minuta, tā serio reuoluit. Et q hęc (inquit) ptermittit: nō pōt recte iudicare de vniuersalib9 mūdi effectib9. Cępi timere, ne platonicorū vniuersaliū cognitionē no bis negaret, nisi ex orbe magno Platonis deducerētur. sed intelligā ex reliqs, nihil ei cū Platone esse cōmercij, suū sibi satis Albumazarē sufficere. subdit nāq3. Imo nec almanach aut ephemeridē aptare posset pro quotidia na aurę mutatione. Vnde autē prouenit hæc tāta virt9, nimis lōgū esset enarrare. Hec ille. Iuuat certe pl9 iocari cū homine isto, q̄ serio cū eo agere. Quis enim nō ride bit egregiū hūc tēporū supputatorem, a ducētis 279. annis ante diluuium, ad primū vsq; Martij istius āni, nō ānos tātū, sed & dies & momēta explorata habētē: cui tāta historiarū diuersitas, nō tātū pegrinarū, immo & sacrarū, de tēpore hoc intermedio, nō quoad paucos ānos solūmodo, sed quoad multa cētenaria ānorū nullū vnq̄ scrupulū mouerūt? q̄ aūt recte hos orbes reuoluerit, postea manifestū erit. Neq; quicq̄ nos mouet Alphōsi auctoritas, q scribit has differētias etatū Christi & diluuij, quib9 hij pro indubitatis vtūtur. Nā tpa rerū, a magistra rerū historia petēda esse, nemo ābigere pōt: cui9 in ea re, discipula Astronomia, nō arbitra esse pōt. Cōstat aūt euidētissime, Alphōsum in oībus ferme etarū differētijs hallucinari. Nam ab initio, ad diluuiū 2242. ānos cōputat: sacra autē Genesis historia apud Hebręos, ānos 1656. tāmmodo. Exced. itaq; Alphōsina differētia verā supputationē, ānis 586. quę nō est exigua. Rursus a diluuio ad Christū, hebraica historia annos 2300. circiter cōputat: at Alphōsus, 3102. Excedit ergo hæc dr̄ia verā supputationē, plus octingētis ānis. Similes errores, in multis alijs etarū etarū differētijs posse ostēdere: sed nō eripit nobis hic suus error, suarū tabularū fructum. Sed ad magnos orbes redeam9.

Vt itaq; paulo euidẽtius faciam⁹ q̃ ingeniose hij astrologẽtur, qui p magnos hos orbes, nobis p̃dicere conãtur euẽtus mũdanos: paulo alti⁹ exordiẽdũ est. Finxerũt quẽlibet ex planetis, & vnũquodq; itẽ signorũ, mũdi imperiũ obtinere, ãnis 360. qbus exactis, tũc nouũ aiunt incipere orbẽ magnũ, cui & planeta priori proximus, & signũ quod deinceps hęret signo priori, pariter pręsunt. Atq; ita qualis dominãtis syderis atq; signi natura est, talia euenire in eo ãnorũ spatio &c. Q̃z q̃ nemo ex his vsq; adeo deliret, vt particulariores euẽt⁹, & maxime q̃ per singulos dies fiũt, aereas mutationes putet ab his orbib⁹ pẽdere: nisi Gaspar ille, qui nos hijs suis ineptijs p̃lixius agere de his magnis orbib⁹ coegit. Dicũt insuper, cœpisse nouũ orbẽ magnũ, quo tẽpore ea fuit Saturni Iouisq; cõiunctio, quę catadysmũ pręcessit ãnis (vt aiũt) 279 huic autẽ orbi p̃fuisse ex planetis Saturnũ, ex signis Cãcrũ: & ab eo veluti supputationis cardine, magnos orbes ad nos vsq; reuoluunt. Sed hæc q̃ sint mẽdacia, q̃ fabulosa, q̃ obtusissimis etiã ingenijs cõficta: ex eo patet. Nã autores hui⁹ figmẽti, Albumazar, Aomar, & reliq dicũt, sicut post eos Alphõsus: fuisse ab initio ad diluuiũ, ãnos 2228. a cõiunctiõe aũt illa, cũ qua nouus ille cœpit orbis, ãnos 1947. ex quo numero quinq; orbes cõflari necesse erit: & adhuc ãnos supesse 147 sexti orbis impfecti. & ita necesse erit vel mũdi creatiõem nõ cũ nouo orbe cœpisse, aut p̃terijsse orbis primi ducẽtos ãnos & tredecim, ãteq̃ essent anni, hoc est, ãte ipsius mũdi primordia. Qua re quid potest esse deliri⁹, aut amẽtius? Deinde vt Saturnũ Cãcrũq; orbi illi p̃fecerũt, qui cœpit ab ea Saturni Iouisq; cõiunctione, quã dicũt p̃cessisse diluuiũ, ea ratione, vt causam in cœlo haberẽt, a qua inũdatiõnẽ illã deducerẽt: ita quia cõsonũ videbãt vt gubernationẽ mũdi a sole inter planetas, ab Ariete inter signa, exordirẽtur: solẽ mũdi planetã fecerũt, Arietẽ autẽ signũ. Hęc enim scribũt Haly Habẽzagel, & Albumazar lib. 1. de mag.

coniunc. Tamē hæc manifestissime, inuicem pugnant atq; cōtradicūt. Nā cū sint āte orbē diluuij ad mundi initia, iuxta eorū cōputationē, orbes quinq; pfecti, sex autē impfecti, veluti āte deduxim⁹: siue quinq; siue sex numerem⁹, necesse est orbē diluuij aut sextū aut septimum fuisse. Eapropter, si primo orbi Aries dn̄etur: sexto aut septimo, qui diluuij est, nō Cācer, sed aut virgo aut Libra necessario p̄fuerit. Et si primū rexit orbē solare sydus: orbi diluuij, nō saturnū, sed aut Iouē aut Martē præfuisse necesse erit. Quā igit̄ sibi sit cōsona ista de magnis orbib⁹ fabula, immo q̄ obtusissimo ingenio ei⁹ fuere auctores: vel ex hoc cuilibet euidētissimū esse potest, q̄ tot repugnātia icludat. Qui etenim ingeniose mētiri volūt: debēt saltē mēdaciorū suorū memores esse, ne sibiipsis cōtrarij inueniātur. Postremo videam⁹ q̄ ingeniose ac diligēter hos orbes reuoluat iste q illos tā efficaces nobis adducit. Putat hūc q nūc reuoluitur, decimūquartū esse ab orbe diluuij, & agi ānū ei⁹ 221. Sed cū a diluuio ad Christū, scd̄ʒ sacras Hebræorū historias, ānisūt 2300. erūt ab orbe diluuij ad ānū p̄sentē āni 4098. Hos aūt ānos si p ānos magni orbis ptiaris: inuenies orbē p̄sentē duodecimū esse, nō decimūquartū, nec Leonē cū Luna, sed poti⁹ Geminos cū Venere nobis p̄esse. Et ita manifestū ē, etiā si essēt aliqd hij magni orbes: falsum tamē necessario esse oportere, quicqd iste & sui similes ex ijs nobis prædicere cōtēdūt. Sed nimis multa. Cōtestatur clarissima voce Astrologia, nihil horū ōniū p suo se recognoscere, sed teratismata hæc eē, nugamētaq; Syracusanis illis vaniora. quēadmodū & ea, quæ dicūt Albumazar & cæteri hij fabulatores de maximis (q̄s appellāt) cōiūctionib⁹ Saturni & Iouis: q b⁹ tā pollētes effect⁹ tribuūt, dogmata, sectas, religiōes regna, diluuia, portēta, & oia miracula, Antichristi aduentū, fines religionū ōniū. Sed vtinā verū p̄dixisset Albumazar, de termino ipiissimæ suæ sectæ Mahometanæ, q̄ iā lōgo tp̄e vltra terminū ab eo p̄fixū pdurat. Ad

hęc,& Christũ cõiunctiõib9 his subijciũt,& ipsã nostrã sctissimã Christianã religionẽ,ipsũ etiã diluuiũ vniuersale, quod de9 ob hominũ peccata induxit.& ne parũ impij Christiani sint:ipsa etiã Christi miracula,q̃ hoc ipso,miracula esse desinũt.Hæc & multa alia impijssima cõtra deũ & nostrã sanctã religionẽ blasphema fabulãtur:inter quos maximopere admiror dominũ Petrũ Aliaceñ. Cameracẽsem cardinalẽ: q hijs tã impijs fabulis,in sua senectute, & iã Episcop9 Cardinalis fact9 subscripsit.Sed his õnib9 Astrologia cõstãtissime cõtradicit:neq3 vnq̃ tã impijs istorũ fabulis,cõtra deũ & religionẽ Christianã se cõsensisse palã ꝓtestatur, falso sibi hæc adscripta:paratã se ab õni hęreseos suspitiõe purgare.Si q̃d pręter cõmunẽ naturę cursum fiat: vel in peccatorũ vltionẽ,vt illd diluuiũ,vel in veritatis alicui9 supnaturalis cõfirmationẽ, ea se liberrime deo ꝑmittere:qui cœlorũ legib9 nõ cõstringitur.In his nihil se velle vẽdicare: & si quid eorũ,ab impijs hominib9 iniuste sibi tribuatur,se donationẽ illã minime ratã habere. Quę autẽ de maximis cõiũctionib9 isti fabulãtur, quarũ effectũ in tã multa sęcula extendunt, e quibus orbes magnos & Saturnias reuolutiones cõfingũt,per õnes cœlos deierat,se õnino ignorare, immo õnino se nõ intelligere quid hij loquãtur,vt q seipsos nõ intelligũt.Ingenue cõfitetur nihil posse se scire,nisi qd obseruatiõe depręhẽdi potest. Obseruationẽ õniũ apotelesmaticarũ aut astrologicarũ veritatũ, vnicũ principiũ esse: quæ nisi pręcesserit, fabulosum esse quicqd dicitur ac ficticiũ necesse ẽ.At cõstellationẽ aliquã cœlestẽ (accipiãt quã voluerint) post tã multa tẽpora aliqd efficere,vt est a ratione alienissimũ:ita nec aliqua experiẽtia aut obseruatione depręhẽdi possibile est. Cõstat enim, & testat̃ Aristoteles,experiẽtiã,obseruationẽve,nõ nisi ex plurib9 singularib9 cõfici. Quis aũt hominũ,immo q plures homines tãto vixerũt tpe: vt multas eiusmodi singulares obseruassẽt,ex quib9 talẽ aliquã (verbi gr̃a)

vniuerſalē deducere potuiſſēt: maximā videlicet cōiūctionē (quam vocāt) Saturni & Iouis, ſi cū ſolari aliquo deliquio forte acciderit, in tria aut quattuor milia annorū ſuū effectū extēdere? Sed do eis āpli⁹, vnū ſcilicet hominē, trib⁹ aut quattuor millib⁹ ānorū vixiſſe: immo ſi volūt, a mūdi initio, ad p̄ſens vſq;. īpoſſibile tamē erit vel vnicā eiuſmodi ſingularē, obſeruatione verā dep̄hēdere. Qui enī certificari poterit ea, q̄ nūc videt accidere, ab aliqua cōiūctiōe ꝓuenire, q̄ bis mille ānis p̄ceſſerit, & nō poti⁹ a p̄ſentib⁹ cōſtellationib⁹, quas fortaſſis ipſe ignorat? potiſſimū, cū medio iterim tēpore, tot cōiūctiones, cōſtellationeſq; extiterūt, primę illi cōtrariæ & repugnātes, quę aut mutauerūt qdē, aut ex toto irritauerūt qd a prima illa ſignificaretur. Manifeſtū itaq; ſatis eſt, hæc ſomnia eſſe, & anilibus fabulis inaniora. At nūc Gaſparē cū ſuis orbib⁹ magnis, & maximis cōiūctionib⁹, directionib⁹, profectionib⁹, paululū valere ſinam⁹: iā enim mihi videtur ad iter accinctus, & his veluti vehiculis directa ꝓficiſci velle in alios illos Democraticos mūdos, q magnis his orbib⁹ circūuolutātur, breui nobis illic renūciatur⁹ (ſi dijs placet) q̄ ibidē agātur. Ad reliquā ꝓgnoſticatorū turbā veniam⁹, qui ōnes iuxta cōmunē Albumazaris & Punicorū doctrinā iudicāt ex cœli themate, qd eſt in introitu ſolis in pūctū verni æqnoctij, & ex dn̄o āni quē in eo conſtituūt, a quo toti⁹ āni fata, generaliter pēdere cōtendūt. Quæ in re multipliciter aberrāt. Primū, quoniā nullū eſt vnū toti⁹ āni principiū, a quo vniuerſi āni fata dependeāt: ſed quatuor principia diuerſa, quatuor quartarū āni quorū nullū, ſupra aliud, principij p̄rogatiuā obtinet: ſed a ſingulo ipſorū ſuę quartę q̄litas depēdet. Deinde, dato q̄ aliqd vnū principiū eſſet āni toti⁹: ipſum nō eſſe introitū ſolis in pūctū verni æquinoctij, ſed poti⁹ interluniū aut pleniluniū ꝓxime illū introitū præcedēs. Tertio q̄uis demus eis vtrūq;, videlicet, & vnū aliquod āni principiū eſſe, & ipſum eſſe introitū ſolis

in pūctū verni ęquinoctij, nō interluniū aut plenilu niū ꝓxime pręcedēs: ipsos tamē hoc ipsū minime assequi. Q̄ꝫ autē non vnū aliquod sit vniuersi anni principiū, manifestū primo ē auctoritate Ptolomęi, secūdo Apotesinaton, cap. 10. vbi sic inquit. In circulo nemo poterit principium simpliciter excogitare: in signifero vero, vtiq; ea iure cōstituenda sunt, quę ęquinoctijs & solstitijs designantur: quę videlicet quatuor sunt, duo scilicet ęquinoctialia, duoq; solstitialia. Verū hic locus hęsitationis est: an videlicet horū quatuor, sit aliquod pręponendū. Nā vt ipsam quidē simpliciter naturam circularē spectes: eorū nullū designatū, initij pręrogatiuam obtinet. Deinde subdēs singulorū pręrogatiuā per quā singulū meretur principiū dici, suā resolutionē subiūgit dicēs. Quod autē mihi cōueniētius, & naturę consonū magis videtur, hoc est: vt in obseruatione rerū anni, quatuor illis vtamur principijs, obseruātes videlicet, quę āte illa proxime fiunt, interlunia aut plenilunia, pręsertim deliquia: ita vt ex pricipio quod sumitur ab Ariete, Ver, quale sit futurū, ꝓuideamꝰ. ab eo qđ a Cācro: ęstatē. a Libra: hyemē. autumnū: a Capricorno. Hęc ad verbū Ptolomęꝰ. Ex quibus etiā cōstat, nō solū nō esse vnū aliquod totius āni principiū. quinimo & si esset aliquod: id non esse introitū solis in pūctū vernalis ęquinoctij, sed potiꝰ interluniū aut plenilunium proxime pręcedens. quod & rationi cōsonat: cum maior virtus existat cōiunctionis liminariū, quę in initio est anni, aut quartę alicuius, q̄ ipse solis introitus in punctū aliquod circuli. Quę enim tanta potest esse virtus, introitus solis in hoc pūctū circuli plus q̄ in aliud quod duobus aut tribus minutis pręcedit, aut sequitur? Neq; enī ex parte solis, differētia hęc poterit assignari, manifestū est. neq; etiā ex parte loci circuli: cū virtus partiū circuli nō subsistat aut varietur in tā indiuisibili. Prędictā Ptolomęi sententiā, vt quod nō vnum sit totius anni principiū, sed quatuor differen-

tia diuersarũ quatuor anni partiũ Porphyrius ratione naturali cõfirmat. Nam in ãno, quatuor sunt mutationes specie differẽtes: vt vernũ tẽpus humectũ, ęstas calida, autũnus siccus, hyems frigida. sunt enim crases hæ, specie & ratione differẽtes. Cuilibet autem effectioni designatę cõpetit propriũ & designatũ principiũ. Quare cũ quatuor sunt differentes effectiones: quatuor erũt differẽtia principia. Iccirco sapide Ptolomę9 ait quatuor anni principia facere, cõsonũ esse naturę & rationi. principia dico, nõ supputationis, illud enim a verno ęquinoctio, cũ Ptolomęo sumimus: sed qualitatũ & effectionum. Quã principij appellationẽ confundunt omnes, qui vnicũ anni principiũ ponũt. Et ita vt varij, varia de anni capite prodiderũt: varia etiã de effectionũ, qualitatũq; principio sentiũt. Aegyptij enim vt anni caput faciũt ab ęstiuo solstitio: ita ab eo etiam totius anni colligũt qualitates. Romani cõtra, a brumali solstitio, initiũ cõputationis fecere: quod nos fere seruauimus, a Ianuario mẽse annũ supputantes. & ex eodẽ quoq; initio ãnuas qualitates prędicere solent. Et adhuc multi (vt Leopoldus, & ex vulgo plurimi) per Calendas Ianuarias, secũdũ eũ ex septẽ planetis, a quo dies ille denominatur, de toto anno prędicũt. Hebręi autẽ ab autumnali ęquinoctio, sicut supputãt: ita & anni qualitates conantur depręhendere. Albumazar vero & Punici reliqui, a vernali ęqnoctio. In ista autẽ tã magna diuersitate qd securitatis esse potest? Deinde vt vlcus hoc plus ad viuũ attingamus, si annorum mundi aliquod sit principiũ, veluti reuolutio anni alicuius cuiusuis rei initiũ habentis: id eo tẽpore esse necesse est, quo sol reuertitur ad idem circuli punctum in quo fuerat in initio eiusdem. Ita enim omnium rerum quę principia habẽt, annuę reuolutiones sumuntur, & hoc ipsum est, annũ alicuius rei reuolutum esse, solem scilicet redijsse ad idem punctũ in quo erat in initio illius rei. Si ergo anni mundi reuoluti in-

telligantur, sole vernalis æquinoctij punctū ingredien te: exploratum esse nobis oportet, solem in ipso Arietis initio extitisse, cum mundus inciperet. Id autē impossibile est alicui hominum constare, si non reuelatione. Neq; enim id supputatione tabulari, neq; ex historijs cognosci potest: cū tempora interim certa non sunt, non solum quo ad dies & momenta, quod tamē ad huius cognitionē requireretur, sed neq; quo ad annos plurimos. Et dato q͂ tempora certa haberemus: adhuc tabulæ nostræ omnes in ea tempora nihil veri dicerent, cum iam in quadrigentis annis cœperint notabiliter a vero deficere. Q̄ egregia igitur, q̄ secura, q̄ Astronomica fundamenta habeant prognosticationes istæ quæ ex his fiunt principijs, quis non videt? Certe, Astrologia nihil in his recognoscit. Age nunc, liberaliter cum eis agamus, demusq; vltro totum hoc de quo hactenus cōtendimus, videlicet & vnum aliquod esse totius anni principium, & hoc ipsum esse introitū solis in punctum verni æquinoctij, nō interluniū, aut plenilunium proxime pręcedens: quorum vtrumq; falsum commonstrauimus. Adhuc neq; hoc ipsum assequuntur, in quo omne fundamentum ipsorum est, ipsum scilicet ingressum solis in punctum vernalis ęquinoctij, aut cœli harmoniam, quę eo tempore contēperata est. Sed longissime ab eo aberrāt, existimant enim se habere introitum solis in punctum vernalis ęquinoctij cum in tabulis Alphonsinis, & alijs, numeratur in principio Arietis. Sed quam falsum id sit, & quantum in ea re fallantur, tametsi euidenter demonstrare possumus ex ipsamet Alphonsina Theorica, & modernorū omnium, de qualitate motus octauæ sphæræ, quæ Alphonsinarum immo omnium nostrarum tabularum fundamentum est, & qua negata, omnes simul nostræ tabulæ de stellarum motibus inueniendis corruunt, sicut & alibi id demonstrauimus euidenter: pro nunc tamē, ne prolixior sim (hoc enim tractationem requi-

id dicimus in primis. Q; nemo est eorum qui sciat, quanta differentia sit,magna ne,an exigua.Q ua e re non se possunt hac euasione tutari.Deinde,q; nō parua sit:sed maxima differentia:manifeste demonstraui in tractatu quodam:quem de ignorātia,& erroribꝰ astrologorū nostrę tēpestatis,cōscripsi.In quo,demonstraui,etiam ex ipsis Alphonsinarum tabularum principijs, nostros astrologos omes,in temporibus vernorū æquinoctiorū & solstitiorum plusquinq; diebus aberrare.Tolerabilior certe error,q̄ ille,quē Iaspar Laet,vni ex socijs,& cō diuinatoribus suis imponit.Q ui dicit eū errasse duobus mēsibus,& vno die,in hiberno solstitio assignando.Sed omittamus hæc ridicula.Demonstraui insuper in eodē tractatu,non esse ea planetarum & stellarū loca in vero signifero,quæ in tabulis Alphonsinis & alijs numerantur. immo hoc tempore, quinq; gradibus & amplius,a veris earundem locis illa discrepare.Q uo fit,vt nec cōiunctionum nec eclipsium loca vera, tametsi tempora,ex tabulis assequanť. Verū signiferū intelligo,signiferum octauę sphęrę:in quo varię stellę existunt,duodecim eius signiferi signa perficientes,& pro sui idiotropia varios influxus diuersis circuli signis,& partibus tribuentes, per cuius medium semper decurrit sol,eiusq; vera ecliptica est:quoniam in ea necesse est coniungi luminaria aut diametrari:vt eclipsentur:& ad quam,planetarum stellarumq; latitudines referendæ sunt. Zodiacum autem:siue eclipticam nonę,aut primi:ad quā tabulares cōputationes referunť,nec vere esse Zodiacum aut eclipticā:nec proprie dici.Primo:Q uoniā sub illa ecliptica:non solum rarissime aut nunq̄ eclipsantur luminaria: immo & sol ipse,cuius centrum nunq̄ ad latum vnguē a vera ecliptica recedit,solum bis in anno,est sub illa Alphonsina & tabulari ecliptica.Q uando scilicet est sub his pūctis veræ eclipticæ,aut octauæ speræ,in q̄bus duæ illæ eclipticæ sese intersecāt,qd est circa puncta solstitialia. Deinde toto anno:ab illa ecliptica tabulari, latitudinem habet,non exiguā quidem. Sed nonnunq̄, nouem graduum,quando hæ duæ eclipticæ sunt in maxima a se inuicem distantia. Tantam eñi latitudinem habere potest Alphonsina & tabularis ecliptica, a vera,octauæ sphæræ.iuxta videlicet quantitatem semidiametri parui circuli: veluti in eisdem tabulis est videre. Q ua igitur ratione illa ecliptica dici merebitur: quando non solum

aut rarissime,aut nunq̄ in ea eclipsentur luminaria, immo & rarissime sub ea sol existat,videlicet solum bis in anno,& id quidem q̄ exiguissimo tempore? Rursus,quo pacto Zodiacus ille,Zodiacus dicetur,extra quem non solum cæteri planetæ latissime euagantur: quinimmo & sol ipse, qui perpetuo per medium veri Zodiaci discurrit,potest tribus integris gradibus,extra totam Alphonsini illius,& tabularis Zodiaci latitudinem exspatiari,vt quando maxima est harum duarum eclipticarum a se inuicem elongatio,quę nouē est partiū. Patet igitur neq3 proprie dici,neq3 vere esse eclipticā,aut Zodiacum,eclipticam illam tabularem & Alphonsinam,ad quā tabulares supputationes referuntur,& idem de Zodiaco illo, sed solum per imaginationem mathematicorum facta hæc esse,vt ad eclipticam illam supputationes referrentur,quæ ad veram eclipticam octauæ sphæræ referri non possunt,veluti quę mobilis est,neq3 semper easdem declinationes tenet,neq3 idem & inuariatum initium.Cum eius initium,a puncto verni æquinoctij sumendum sit,quod vt inquit Purbachius, in verbis allegatis,& alibi euidenter demōstrauimus,variatur cōtinue respectu Arietis primi mobilis siue Alphonsini & tabularis. Debent enim mathematici in circulis,in quibus motus mensurant,inuariatum aliquod principium assignare, & circulos illos semper vniformes & immutabiles habere. Et si reuera tales nō sint,saltem imaginatione tales efficere. Alioqui, tabulæ ad modicum temporis (vt cuius fundamenta cito variarentur) possent perdurare. Hac eadem necessitate, cum dies motuum sint mensuræ,neq3 reuera dies sint inter se æquales & vniformes,coguntur astronomi,saltem imaginatione,facere dies qui inter se sint æquales,qui dies astronomici siue æquales appellant,quos dies,motuum mensuras faciunt.Non quasi reuera aliqui tales sint:sed quia supputationis necessitas,p̄ veris imaginarios,accipere cogit. Deinde cū varius sit partium Zodiaci influxus: & singula duodecatemoria,& quod p̄ticularius est,partes earundem,cum singulis planetis domicilij,triangularitatis exaltatiōis,& finium rationem habeāt:Et hoc quidē martiales effectus habet:Illud aūt Saturnios & Iouios:quis hæc a tabulari illo & Alphonsino Zodiaco,immo,imaginario,expectare potest? Cū eīn nonū coelū (si tū præter firmamentū aut octauū coelum sit aliquod

superius, quod mihi nondum satis exploratum est) nullis stellis euariatum sit, sed si sit, est vndequaq; vniforme & vnius substantiæ, Quomodo a diuersis partibus tam varij & differentes effectus poterunt expectari? & vnde erit q̄ hæc pars, maiorē cū Marte rationē habeat, q̄ cū Saturno, Illa Iouios effectus excitet, illa Mercurios? Cū eni operatio formā sequatur, nonum aūt cælum, si quod est, cum nulla stellarū diuersitate sit euariatum, non, nisi vniforme imaginari potest etiā si fingere velis, Sequit̄ diuersas ei9 partes, tā varias pprietates habere non posse: & vt hęc pars cum isto, illa autē cum altero planeta, naturalem conueniētiā habeat. Sed hęc omnia diuersę scilicet diuersarum partium zodiaci pprietates & influxus. Potestates item planetarum & dignitates in diuersis signis & partibus eorundē. Omnia inquā hæc, non nisi ad zodiacum verum octaui orbis, rite referuntur. In cuius diuersis partib9 diuersę quoq; stellę reperiunt̄ idiotropiarum differentium, & diuersorum planetarū diuersas naturas imitātes, Quę causam p̄bent, quare diuersę circuli partes diuersimode operentur: quare hæc pars cum hoc planeta, illa cum altero, maiorem rationem cōformitatemq; habeat. Sed hic, de his, nimis multa. hęc em̄ hic cōmonuisse satis fuerat, quoniam latiorem tractatum requirunt: & hęc vberius, & exquisiti9 alibi disputauimus, sed nescio, quis me impetus, quando in horū memoriam incidi, hucusq; pduxit. Tu igitur Augustine doctissime, qui philosophorū nostrę tempestatis, vnicū dec9 es, & simul in mathematicis eruditissimus, dijudicare potes, q̄ firma esse poterūt nostrorū astrologorum iudicia, qui omnes ad imaginariū illum Alphonsinū zodiacū & tabularia signa, solum respiciunt, a diuersis eius partib9, varios effectus expectant: qui tn̄, si est, vndiq; vniformis est, neq; aliqua in partibus eius est euariatio, nisi quia aliū aliumq; ad nos situm habeant. Sed redeamus ad tractatulum nostrum & errores reliquos astronomorū nostrorū, quos in eodem demonstrauim9 inter quos, id quoq; est, Astrologos nr̄os, stellarū obliquationes siue declinatiōes ex optimis tn̄ tabulis, haud recte nūerare acceptis locis earūdē in ecliptica, ex tabl'is Alphōsinis & alijs. Nec itē ascēsiōes earūdē, aut rectas, aut obliquas ad horizōtē quēcūq;, sine errore posse iuenire, ex tabulis ad id constitutis. Nec pterea quātitatē diei artificialis: neq; ex cōsequēti stellarū

solis aut lunæ,arcus semidiurnos, quorũ vsus in re astrono=mica,frequens est admodum.Ex quib⁹ est consequens, astrologos nostros ꝑpluribus erroribus implicari, In mundi euentibus,nihil eos posse secundũ astrologicas regulas ꝑdicere. In genituris quoq; hominũ dijudicandis multis falsitatibus in=uolui.Artem dirigendi significatores ad loca promissorum ex quo futurorũ tẽpus dephenditur,eos nunq̃ esse assecutos Præterea in signandis dieb⁹ & temporibus cõgruis, pro phlebotomia,pro sumẽdis pharmacis,& in vniuersum,pro singulis medicinę operibus perficiẽdis,(in quibus certum aliquem lunę,ac totius cæli statum,eligere aut euitare,est vel necessariũ vel operępreciũ)non turpiter solum, sed & periculosissime er=rasse: cogentes, Chirurgos,& medicos,astrologię imperitos, intempestiua phlebotomia aut pharmaco,interficere miseros infirmos, aut infirmiores reddere. Et breuiter, in omni parte astrologiæ, hallucinari, ac erroribus inuolui infinitis. Ob qđ nihil mirum est,si in suis ꝑdictionibus,& quę edunt in vulg⁹ annorũ prognosticis:vt fabulatores circulatoresq; semper inueniantur.Et ne quis nos existimet, hęc,aut arrogantius aut mordacius,q̃ verius dicere, edam propediem has nostras lucubratiunculas in lucem,vt astronomiæ studiosis occasionẽ demus profundius veritatem inquirendi,vtq; astrologorum nostrorum,qui falso astronomię nomine gloriant̃,& eã ipsam sua impudentissima ignorãtia cõtaminant atq; cõtemptibilẽ reddũt,imperitia euidenti⁹ demonstret. At nunc vt pro astrologia,contra hos nugatores concludam,a quibus tot contu=melijs,opprobrijs,& iniurijs affecta est,primum omnium,clara constantiq; voce protestatur, nunq̃ se illorũ, tam ridiculis tam ineptis,tam impijs fabulis consensisse,& quæ ab his falsarijs sibi hactenus ascripta fuerunt nũq̃ se cognouisse.Exoratosq; omnes cupit,ne per horũ mendacia, apud quoscunq; sua sit læsa auctoritas.Nam ea nunq̃ de suo cõsilio prodijsse. Quanto honestius fecit ille nescio quis Italus,qui dũ prognosticon multis mendacijs insigne voluit diuulgare, ipsum non astrologię inscripsit,ne tam principẽ scientiam dehonestaret, sed veluti a malo quodam dęmone reuelata sibi enarrat:ido=neũ ꝑfecto suis mendacijs faciens auctorẽ: vt cui hoc ꝑpriũ est,decipere & mẽtiri. Si sic fecissent oẽs,nihil haberet qđ de eis quereret̃ astrologia.Plurimũ aũt se lęsam conquerit̃ apud

gallos præcipue & germanos a Gaspare illo:cuius supra feci mus mētionē.Qui nescio qua hoīm cęcitate & ignorãtia pręcipuus astrologus creditur:q̄ tam multis annis mēdacia sua eius nomine tā impune venditauerit,ac hoibus imposuerit. Q̄ etiam suo exemplo plurimos,Antwerpiæ presertim(vbi iam nemo medicam artem audet profiteri nisi diuinet tum reliquis)ad tā insignem iniuriam sibi inferendam concitauerit. Immo parum abfuit quin illum maiestatis reum faceret. Q̄ coniunctionem illam : quæ in altero illo mundo pacifice dominabatur:vt quæ ducentis & septuaginta nouē annis præcessit diluuium, conatus sit per tot orbes magnos, etiam in huius anni dominatione inducere : per tā ingētia spatia ex illo ideali mūdo ipsam ad nos deducens : sed per tā certas directiones & profectiones, vt neq̄ semel quidē a via recta aberrauerint.Nam ipse p hoc iter sæpe profectus est:& viā hãc, tametsi longã,vtpote tribus aut quatuor milibus annorū, exploratissimam habet. Hunc itaq̄ vt nouis rebus studentē : & qui tantam discordiam in cœlesti illo exercitu concitare tentauerit magno dignum supplicio putat.Quantum enim fuerit periculū:ne res ad arma deduceretur: ex hoc quilibet cognoscere poterit,Q̄ nū pxia solari eclipsi in cœlo comitijs habitis: Mars cū Mercurio huius anni consules designati fuere. Ipsi autem scitis omnes:q̄tum ij quum potestatibus cōiungūtur ad arma precipites sunt.Iam enī res acta fuerat:nisi,vt primū cōiunctio illa ad nos applicuisset, itellexisset se nihil in nostro hoc mundo iuris amplius obtinere.Pertesa igiť tam longę pfectionis frustra susceptæ:suo ductori malas gratias agens: per magnos suos orbes,idealē mūdū repetiuit:in quo ppetuã dictaturã exercebit.Deinde,ne q alij in posterū a nugatoribus istis,suo noīe decipianť: oēs istos a sua familia penitus abducat,& q̄tum in se est,exautoratos vult esse apud omēs homines,& ne quicq̄ eis amplius suo noīe credãt:iubet eorum prędictiones veluti nugas:ac aniles fabulas legi:vt nemo ea ma la expauescat:quæ ipsi in suis prognosticis cōminanť:q̄busq̄ miserū vulg⁹ terrificāt.Neq̄ bona: siqua polliceanť : expectet cōfidētius:nisi obsides dederint. Nā astra,ne obulū quidē pro eis sunt psolutura amplius. Quippe quæ indignanť plurimū q̄ ij astronomastri:tam liberales sint in ære alieno: vt promittant de astris:quæcūq̄ volueris,eis ipsis, ne consultis quidem.

Tam bñ de illis cõfidũt. Hãc ob rẽ ꝓximis grecis Kalẽdis in orbe magno decimo quarto superũ sessione habita, pragmatica sanctiõe decretũ est, vt nullas in posterũ mortaliũ pro ipsis obligatiões ratas haberẽt, nisi cõsulti ante suũ cõsensum adhibuerint. Nã inueniebãt miseri superi, cõtrarijs interdũ se nexibus astrictos: atq; ita ꝑplexos, vt qd agerẽt, nescirẽt. Q̃ ñ qdẽ vnus certo die eorũ noie, pluuias: alter cõtra, serenitatẽ pollicebat. Immo & res hæc in cælo multas ciuiles discordias cõcitabat idies. Nã enitẽtib⁹ pluuificis stellis, satisfacere qđ earũ nomine ꝓmissum erat, resistebãt aliꝗ serenitatis effectrices, a qb⁹ serenitas expectabat. Sapiẽti itaq; decreto, hæc discordiarũ semina sublata sũt. Q đ vobis denũciare curauim⁹, ne qs q̃ post hac decipiat, vt expectet, a supis persolutũ iri quæ hi nři astrologi eorum nomine nobis pollicentur. Iubent, pignora ab illis exigamus, si decipi non voluerimus. Vt nemo posthac queri possit, astrologiꝗ se noie deceptũ eẽ. Hęc oĩa bonarũ disciplinarũ zelus, ac diuia ipa astrologia, q̃ a nugatoribus istis, tot contumelijs, ludibrijs, & iniurijs afficit, ꝑ se, me loq suffere. Si quid fortassis in hos deprauatores & idignissimos astrologię professores, amari⁹ dictũ videat, a gnoscat astrologiã ab his iniusto dolore affectã esse. Deide, ncq; hoc cõcedit, q eq̃, amarulẽtius in eos dictũ esse, in quos nihil satis amarũ dici potest. Immo ita in oĩb⁹, iustissimę tamẽ iræ suę, tẽpasse, vt deridere eos maluerit, q̃ maledictis ꝓsequi. Vos orat oẽs vt causę suę, æq iudices sitis: vt nulli⁹ apđ vos priuata amicitia, aut singulare odiũ veritatẽ obnubilet, quod de vobis confidit.

Pars Secunda.

Vana esse, quæ vulgus Astrologorum, toti orbi cõminatur: ex eo qui futurus est, omniũ planetarum cõuentu in signo pisciũ. Anno Domini M.D.XXIIII. De vniuersali fere diluuio, & tam horrendis quæ nobis tam infauste ominãtur.



Oegit me iterũ astrologia: qm semel causam suã suscepi, aduersus hos q se astrologos mẽtiũt, & mẽdacia sua astrologiæ ascribunt, nẽ causæ suæ deessem contra vulgus astrologorum, in alio quodã insigni mendacio quod ipsi ascribunt. Hoc autem non tã sua q̃ vestrum oim

gra, vt iam metu vos liberaret. Audisse eni se, hos astrologos oēs veluti cōiuncta manu, tā male toti mūdo vaticinari ex eo planetarū oim cōuentu in signū Pisciū, q futur⁹ est, anno dñi 1524. Ex quo vniuerso fere orbi, climatib⁹, regnis, puīcijs, statib⁹, dignitatib⁹, brutis, beluis marinis, cūctisq; terrænascētib⁹ indubitatā mutationē, variationē ac alterationē ominant. Tale profecto, qualē a plurib⁹ seculis, ab historiographis aut natu maioribus, vix pcepim⁹, Immo secūdū veluti diluuiū inducētes, toti⁹ fere mūdi submersionē minitātur. Obliti fœderis illi⁹, qd de⁹ cū genere humano pepigit, ne ampli⁹ deleret, aqs diluuij vniuersam carnē, in cui⁹ signū atq; memoriā, arcū fœderis sui, nobis frequēter i nubib⁹ ostēdit. His reb⁹ simpliciū animos, videt haud mediocriter cōturbari. Quinimmo plurimos (testis adsum) a reb⁹ agēdis, & pposito aliquo vtili negocio absterreri. dolere se dicit astrologia, q miseri mortales, suo noie, tā vano terrore crucient, Solē iurat, hęc a se nunq̄ pdijsse, vnde illi acceperint, se nescire. Vt igit Astrologię morē geramus: ostendem⁹ q̄ breuissime huiusmodi tā admiranda, q̄ vniuerso orbi pdicunt, ex illo planetarū oim conuentu in signum Pisciū, qui erit anno 1524, nō posse puenire. Sed maiores omnes mutationes in reb⁹ mūdanis, effectusq; pollētiores nō nisi ad luminaria, eclipticas iquā solis & lunæ cōiunctiōes aut pręuētiones referēdas esse, nō aūt ad triū superiorum planetarū coniunctiones. Quinimo oim simul planetarū, a luminaribus, perq̄ exiguas vires esse, nisi quas a luminarib⁹ suscipiunt, per se parum aut nihil operari, etiā, si oēs in vnū coeāt, eorum virtutē neq; vni lunari eclipsi coequari. Inania igit esse quæ de anno illo 1524. tam portētuosa & tā inaudita nostri astrologi garrulāt. Hæc autē, auctoritate, ratiōe, & obseruatione, manifesta faciemus. Auctoritas est Ptolomei, q sol⁹ fere, inter eos quos habem⁹, cęlestiū rerū scriptores, dignus est, qui legatur a doctis, hic scdo apotelesmaton capite. iiij. dicit q futurorū vniuersaliū, q̄ generalia in terris & regionib⁹ accidūt prima atq; fortior occasio, nō nisi ex ecliptica solis & lunę cōiūctiōe aut pūētiōe, necnō ex locis motuū planetarū i ipsis horis cōtigit. Cui⁹ causā reddit eodē capite octauo. Sol etei, iqt, & luna psidēt, & cęterorū vti pricipes habent, suntq; toti⁹ operis etiā causę veluti, & pædonomi stellarū, & predominātium tū fortitudinis, tū imbecillitatis. Hæc ille. Manifestum igitur

q Saturnus Mercurio in loco ecliptico constituto, in oriente ex āgulo occidētis fere partiliter e diametro aduersabat, morbos oblōgos, ptises, q̄rtanas febres, cholicas, tusses, catharros, & quæ sunt similia. Plus tamen vnis locis q̄ alijs: & hæc quidem in his: illa autem in illis, scdm q loca hæc, vrbes, homines &c. per suas genituras, cū locis circuli, quæ maleficas has qualitates, affectionesq; suscipiunt, obnoxias, specialiorem rationem habuerint. In residuo autem tempore significationis, qd ab Aprili huius anni. 1519. ad sedecim vsq;, aut septendecim mēses sequētes ꝓrogabit, multo alia significatio est q̄ ea quā in prima parte significationum esse diximus. Nam in duobus vltimis eclipticis thematib9, solus fere Mars cū Mercurio iurisdictionē obtinebat. Saturnus autē affligebat Mercuriū in loco deliquioso constitutū e diametro. Mars vero q velox cursu erat, statim post eclipsim, ꝑuenit ad locum deliquij, videlicet, pricipio Septembris anni præcedentis. 1518. In quo permanet ad finem vsq; Martij anni pręsentis. 1519. Quo temporis spatio, ter pertransit locum deliquiosum partilem, & ter cum Saturno diametratur. Primo circa finē Septēbris & initiū octobris anni. 1518. Secūdo p repedationē, ad mediū Nouēbris anni eiusdē redit ad diametrū Saturni: ad medium aūt Decēbris, locū eclipticū partilē ꝑcurrit. Tertio, postq̄ ad directum incessum reuersus est, iterū ptransit locū deliqosum ptilē ad finē Februarij hui9 anni. 1519. (Romano nō Gallico more annos cōputo) & rursus diametrat cū Saturno, ad finē Aprilis. Hæc in vniuersum durātibus reliquis duabus tertijs eclipticæ significatiōis, multis in locis, varias infirmitates portendūt nō vnius generis: sed q̄ ex vtriusq; bilis nimio prouenıūt augmento. In quibusdā prolixiores ingenerabūt morbos, ptisim, tabē, quartanas febres, distillationes, grauedinē, tussim, ob nimiā etiam humorū coactionem, ptuitosos defluxus, cholicā &c. Animi ꝑterea sollicitudīes, mœrores, tristitias cōsternationes, terrores, exilia, fugas, luctū, iacturā, direptiōes reꝝ familiariū, tū vrbanaꝝ, tū rusticaꝝ &c. In qbusdā etiam locis, regionibus, vrbibus, ciuitatibus, hominibus, febres acutiores, sanguinisq; feruentiores impetus, atq; inflammatiōes repentinos casus, mortes subitaneas, pustulas, tubercula, epydimias, & quæ huius generis sunt. Portendunt ad hæc, rixas, contentiones, prælia, tumultus, seditionesq;, tum ciuiles, tum bellicas & militares, ducū iras, discordias, animorūq; motus

intemperatiores: e qbus violētię exoriētur, rapinæ, opprobria, cōtumelię, furta, direptiōes vrbiū, cędes, incēdia, agrorū vasti tates, captiuitates, pdaꝝ abactiōes, insidiæ, adortusq; hostiles. Mortes itē ex gladio, cruciat⁹, liberorū capitū venūdatiōes, in cest⁹, mulierū igenuaꝝ violatiōes, ac sacroꝝ pphanatiōes, ifa= mes rapinę, ciuiliū moꝝ abusus intēperati atq; incōsulti. Præ= terea inter ciues & magistratus, inter reges & populares, inter dominos & subiectos, inter ciuiles factiones: tumultus sediti= osi ac turbulenti significantur. Ob id etiā, q haec eclipsis pro pe punctū æstiuæ cōuersionis fuerat, & signum etiam bicor= poreum humanū, geminos videlicet, infecerat &c. Hæc autē quæ diximus mala nō omibus in locis eclipticæ significatio= ni obnoxijs, euentura significanť. Non eñ his nostris regio= nibus: sed illis, quæ Cancro præcipue & Geminis subduntur, hæc potissimum cōminanť: quæ sunt ptes Turciæ aut mino ris Asiæ, Bithynia, Phrygia, Armenia, Hircania, Colchia. Et ob id forte bellici qdā tumult⁹ iter magnū Turcā, & Hismae lem Sophi excitabunť. Ad meridianā autē plagam, totus ille tractus qui nūc Barbaria appellatur: quæ vtramq; Mauri= taniam cōplectiť, Libyā, Numidiā & totā fere minorē Aphri cam & Carthaginensem agrum. Item Cyrenaica, Marmarica, inferior Aegyptus & c. In eo etiam tractu Europę: q ad Pro pontidē est, littorib⁹ Turciæ e regiōe respōdens: in quo sunt Constātinopolis, Thracia tota, magna Hūgarię ps, Macedo= nia, magna ēt Gręcię ps, Albania, Dalmatia, Sclauonia, Illy riū. Iis nanq; locis nonnihil ab oriētalioribus illis & transma= rinis timendū est. In quibusdā etiā Hispanię ptib⁹, dictis ma lis, pl⁹ erūt obnoxij: & erunt forte Mauritanorū siue Barbaro rū incursus aliqui & tumult⁹ cōtra ea loca q̄ Regis Catholici ditioni subiacent. Hęc eñ loca his signis generatim subsunt, quę maleficas, quas dixim⁹, qualitates i hac nostra eclipsi for tius susceperūt. Haud tñ in singulis his q̄s enarrauim⁹ regio= nib⁹ vtriusq; gñis mala, q̄ cōmemorauim⁹, cōtūcta veluti ma= nu grassabunť: sed qdā ex eis pl⁹ his malis infestabuntur: q̄ a Marte puenīūt: quędam aūt iis q̄ a Saturno: secūdū q cum hoc aut illo, vel cū locis circuli: eorūdē maleuolis irradiationi= bus affectis specialiorē rōnem habuerint. Hoibus quoq; earū dē etiā regionū, differēter tñ minitanť, scdm q geniturarū A= phetę, cū locis circuli iniquis qualitatib⁹ affectis aliā aliamq;

rationem habuerint. Quę q̄ autē, veluti prædixim⁹, ātedicta mala, nō his nostris regionib⁹ cōminentur præcipue, haud tñ. erunt omnino liberę ab eisdē ob id, q̧ signum Arietis, e qua drangulo semimaleuolas irradiationes loci ecliptici excipiat. Quapropter etiā toto generaliter tpe eclipticę significationis vigebunt etiā in his regionibus, in plerisq̧ locis, plurimę infirmitates calidę, veluti febres acutę atq̧ pestilētiales, quæq̧ ex sanguinis inflāmatione pueniūt, pustulę, tubercula: glādes epidimię & q̄ huius generis sunt. In nōnullis eñ locis & hominibus, infirmitates q̄ ex atra bili pueniūt, febres: plixę distillationes: grauedines, tusses, catarri, colice &c. Hæc autem plus in vna ciuitate, oppido &c. q̄ in alijs. Et in eodem loco, plus his hominibus q̄ illis. Et his quidem plus quæ ex atra bili, his vero min⁹ q̄ ex cholerico ipedimēto proueniunt, euentura sunt, secundū q̧ per suarum genituraru horoscopationem, phosphoriaq̧, aut cætera aphitica loca, cum Saturno aut Marte, aut locis circuli: quæ ab his in eclipsi male afficiebātur, specia liorem maioremq̧ rationem habuerint. In vniuersum autem plus iuuenibus q̄ senibus, & decrepitis hęc eclipsis ominatur eo q̧ versus orientalem finitorem accidetit. Hæc autem particulari⁹ specificare non potest astrolog⁹, nisi singularū regionū, vrbiū, ciuitatū, oppidorū, hoīm &c. genituras exploratas haberet. Sigillati de singulis hoīb⁹ ex ipsorū genituris dicere, ad particulares p̄dictiones ptinet. At nūc vniuersales tractamus. Genituras aūt siue regionū, siue vrbiū, ciuitatū, factionum, legū &c. q̄ a multis annis inceperūt, aliquas certas habere, mihi pfecto impossibile videt: quicqd astrologi nostri gar rulent, q in suis, quas edunt, annuis p̄dictionibus, certe non astrologicis, audent singulorū locorū, ducatuū, dñiorū, factio num, vrbiū, ciuitatum, oppidorū, & quæ particulariora sunt, pprias fortunas aut infortunia describere huic dominio, vrbi oppido &c. pestē, luē, bella, honores, mercationes, orbitates p̄dicentes illi, aut alia. Quę q̄ nullis sint inixa principijs: sed ab eis p eoꝝ volūtate cōficta, ex eo patet euidentissime, qm̄ hęc vni loco pticulariter, scdm astrologicas regulas p̄dici minime possunt, nisi eiusdē, siue regionis, siue vrbis &c. nobis cognita sit genitura. At q̧s hoīm nobis dicere poterit horoscopū geniturę Parisiacę ciuitatis, aut phosphoria eiusdem, qñ neq̧ apud aliquē fide dignū historiographū, satis de anno cōstet?

quo fundata est? Quanto minus de die, hora, immo medietate horae, & quod precisius est? quod tamen ad eam rem cognoscendam est necessarium. Rursus, quis est qui dicere poterit signum id quod culminabat in eius natiuitate, cuius iussu, haec ciuitas aut quęuis alia antiquior, fundata est? Quando vix satis fideliter, earundem fundatores aut primos dominantes inuenire possumus. Aut si illi dabuntur, nihil certe, de eorundem genitura, & ex consequenti de culminante signo in eadem, afferri poterit. Patet igitur, vanissimas nugas esse, & inanes diuinationes, quas astrologia nunq̄ cognouit, quae circulatores isti de singulis fere oppidis in annuis suis prędictionibus conscribunt. Ex quo vno de caeteris eorū, quantum põderis habeat, liceat argumentari. sed de his in prima parte huius nostri tractatus lati⁹ disseruim⁹. Praeterea cum eclipses nō solum his portendant suas significationes, qui cum signis siue deliquiosis siue dominicis conuenerint: sed & omnibus iis, male ominātur, qui subsunt planetis, in ecliptico themate infauste constitutis, aut maleficis irradiationib⁹ afflictis: vel a loco ipso deliquioso, vel ab ipsius eclipsis p̄sidibus &c. Contra vero bene iis, qui cum eis stellis rationem cōuenientiāq; habuerint, quae feliciter ad locum eclipticum, caeterasq; stellas constituuntur, Necesse est male ominari, his nationibus, ciuitatibus, & hominum generi, quae cum Mercurio specialiorem rationē habent Hic em̄ cum Marte eclipticā oecodespotiam obtinens, sub radiis solis constituebat̄, cadens in duodecimā caeli regionem, q̄ carcerum est, laborū, afflictionū &c. & a Saturno, e diametro hostiliter affligebatur. Quapropter timeant sibi sophistę Parisienses, quoniam nihil boni, ipsis ab hac eclipsi decernitur. Quantū em̄ coniectura assequi possumus, habet haec ciuitas Parisiaca, non paruam cum Mercurio rationem: quoniā ipse parti preest rationali, ingeniorum est excitator, artium atq; disciplinarum magister. In hac autē ciuitate ab antiquo sophiae studiū fuit, celebre admodum: sed nescio quo tam diro fato, oēs disciplinae meliores: ipsum quoq; verū theologicū studiū (quod super omnes terrarum nationes, vigere apud se gloriātur) tam longo tempore, a tam frequenti, tāq; nobili studio, exulauere, & sola sophismata ac nugacissimę cauillationes surrepsere in locum earundem. Quibus tot praeclara ingenia

tam male perduntur: qui ex toto terrarum orbe, huc veluti ad sapientiæ studium, concurrunt: nihil præter inanes contentiones, ad patriam reportantes. Qui se tunc existimant ad summam philosophiæ & disciplinarum omnium peruenisse: immo & theologos esse insignes: cum inextricabiles aliquos verborum nodos, sciuerint inuoluere. Quibus diuina humanaq; omnia conturbant, fœdant, atq; commaculant. Vtcunq; autē de Parisiaca ciuitate se res habeat, nihil dubium est, hos hoīes ad Mercurium ptinere. Mercurium dico, infœlicissime pessimeq; affectum. Nam in abiectissima sui, infaustissimaq; positura, sophisticum hoc genus hominum efficit. Eapropter: nisi fati sęuitiam in se voluerint experiri Theologi Parhisienses, valedictis sophismatibus & in malam crucem cum suis auctoribus abire iussis, sacrosancta euangelia & sacras literas studeant. Reliqui qui philosophiam profitentur, cauillationibus his sophisticis cum suis professoribus in perpetuā ignominiam: immo in obliuionem relegatis, Aristotelicam philosophiam excolant diligentius, mathematicas disciplinas amplectantur. Hæc autem præcipue ipsorum causa, eis denuncio, quoniam eclipsis nostra, cōtra hoc tam inutilissimum genus hominum desęuire decreuit. At vtinam eos oēs cum sophismatibus suis in exilium & internicionem perpetuā ageret. Caueāt igitur qui voluerint, ne istius factionis, ab eclipsi nostra inueniantur. Præterea & ijs qui cūm Saturno conueniunt specialius, dicta eclipsis haud bene ominatur: cum ipsa in sextam cœli regionem quę infirmitatum est, cadens, affligebatur a loco deliquioso, e diametro. Contra autem: quoniam Mars præcipuam oecodespotiam obtinens in eclipsi, constituebatur fœlicissime: Nam orientalis & ad medium cœli culmen ascendens, de sextili deliquiosum locum partiliter irradiauit in trino cōstitutus cum corde leonis &c. His qui cum Marte specialiorem rationem habent, vt Germanis, Heluetijs, Britannis, Gallis cismontanis, eclipsis ista honorem, exaltationem, victoriam &c. promittit. Eapropter: Gallorum Regi, Christianissimo Francisco sui nominis primo, q̄uis nonnihil q̄tum ad corporis sanitatem attinet, suspecta fuerat ob id, qppe locū apheticū genituræ suę acciderat: plurimum tñ fauet q̄tū ad honores & exaltationes assequēdas. Nam Mars quem

fœlicissimũ habuit, & sibi fauentissimũ in sua genitura, cum corde leonis cõiunctus, huius eclipsis œcodespotes præcipuus in ea constituebaẽ fœlicissime ad medium cœli culmen ascendens in trino aspectu cordis leonis & loci illius in quo in eius genitura constituebatur, cum omnibus reliquis stellis fœliciter coiens, quod non mediocrem ei fœlicitatem, honorem & sublimationẽ promittit. Q; autem Mars ipse nullis alijs stellis in hac eclipsi cõtrarius fuit: sed festinauit ad trinũ Saturni & Iouis, id significat, ex parte ipsorũ, non esse prouenturas discordias aut occasiones bellorum: sed magis concordiam & pacem cum omnibus expetituros. Si quid tamẽ p necessitatem adducti in bellicis ac martialibus rebus agere cogerentur, prospere, inuictoq; Marte, dimicabunt. Item q; Libræ signum, p totam hãc eclipsim, diametro Martis e regiõe infestatur, a loco etiã deliquioso, & a Saturno affligiẽ e quadrangulo, hoc ecclesiasticis reb⁹ nihil boni significat: immo ecclesiasticæ libertatis oppressionem, tam p seculares potestates q̃ per ipsosmet ecclesiæ prælatos, censuũ ecclesiasticorũ direptiones, decimatiões, exactiõesq; & quæ similia sunt. Inter ipsos etiam ecclesiasticos, lites, discordias, odia, cõtentiones, disceptationesq; portẽdit. Hactenus de his q̃ in hominum genere eclipsis ista significat. At nunc ad aerias mutatiões veniam⁹: in quibus etiam plurimum valebat ecliptica significatio, q; ppe punctũ æstiui solstitij acciderat. Quoniã igiẽ in primo themate ecliptico, vt prædiximus, Iuppiter cum Venere magnã partẽ significationis obtinuere: Mars tamen cũ Mercurio p̃cipuam: Et hic quidem Mars in prima hac tertia annorũ eclipticę significationis est cõtinue in loco deliquioso ppe pũctũ æstiui tropici, In signis videlicet directius nos respicientibus & diu retrogradus: & ob id terrę vicinior: efficit in prima hac tertia temporum, quantum est ex hac generali significatione caliditatem & siccitatem, plus q̃ temporũ idiotropia ac regionis conditio exigat: Ob id vidimus in quarta autumnali huius anni nunc elapsa aeris habitum, calidum & siccum pręter solitum, & veluti auram ęstiualem, fere continue siccam & sine pluuijs: sed cum frequentibus nebulis, propter Saturnum qui fortis in mundo, in suo videlicet domicilio cõstitutus mã sit continuo in opposito loci deliquiosi. Pręterea, quoniã in secundo & tertio themate eclipticis Mars cũ Mercurio præd=

puam,immo fere totã iurisdictionẽ obtinebat. Duo isti in tẽpore residuo eclipticæ significationis.quod a fine Aprilis huius anni 1519 incipiet,aeris statũ æstuosum portendunt & exurentẽ potius q̃ calefacientẽ,maxime quãdo tẽporis peculiaritas & pticulariores cõiũctiones pventionesve luminariũ interim occurrẽtes,cum gñali hac significatiõe cõcordauerit.Ob hęc siccitas multa tẽpore æstiuo hui⁹ anni & aquarũ iopia decernit.Qua e re & infœcũditas & eorũ q̃ ad victũ ptinẽt egestas: ad hæc & halitus aspirationesq̧ e terra educti aerem ita inficient vt vẽtorũ flatus,sint vel maxime validi,æstuosi, vehemẽt erq̧ inordinati ac incõstãtes,ex eoq̧,& pestilẽtes,& tabifici.Plurima quoq̧ tonitrua fulminũq̧ delectiões coruscationes crebrę,fulgura horrida.Traiectiones quoq̧ ac multę igni tæ impssiones apparebũt.Et fortassis in locis oriẽtalib⁹:q̃ supra memorauim⁹:aut his aphricæ regionib⁹ quas enumerauimus ante,Cometes aliqs apparebit,in vere hoc aut autumno q̃ pxime sequent.Hęc eñ Mars vna cũ Mercurio,cum in eclipsi œcodespotiã obtinẽt,solẽt significare. Neq̧ solũ has aereas cõmotiones: sed & subterraneas nobis comminantur vt videlicet suscitatis sub terris,exhalationib⁹,dũ illæ sibi exitũ q̃runt,& hiat⁹ efficiẽt,in plerisq̧ locis & terrę mot⁹.Hæc eñ Martis Mercuriiq̧ sunt opera qñ in gñali significatione obtinẽt dominatũ. His etiã ex reb⁹ & mariũ pter solitũ exagitationes,& crebriora naufragia significant,tũ a flatib⁹ procellosisq̧ vẽtis,tũ a fulminib⁹ fulguribusq̧.Vniuersim aũt flumina arescẽtiora erũt,fontesq̧ pmulti,prorsus ab humore destituent.Deniq̧ nõ solũ aquarũ iopia:sed & insalubritas ex hac re nobis decernit.Quãdoquidẽ hæ nimio ab æstu corrumpẽtur.Ob has etiã causas multa incommoda mortalib⁹ prouentura cõminantur.Propter videlicet vredines,siccitates, ventorum afflatus hostiles. Neq̧ solũ in proprijs corporib⁹: sed & in rebus,tam rusticis agrestibusq̧ q̃ domesticis & vrbanis in pecoribus quoq̧ armentarijs ac gregarijs bestiolis tũ ob pastus inopiã,tum ob sitim,ob æstum,ob aeris aquarumq̧ corruptionem. Hæc sunt,quæ quãtum ad aereas mutationes in secunda & tertia parte significationum eclipticarum a Marte & Mercurio œcodespotibus decernuntur.Quæ non æqualiter apparebunt in locis omnibus eclipticæ significationi obnoxijs:sed plus & minus,secundum q̧ cum loco deliquioso,

aut prouocatorijs locis maiorē minorēve rationē habuerint. Habita etiā ratiōe ad regionū idiotropias & peculiaritates. In omnibus tamē his regionibus, plurima eorū, locū habebunt, quanto aerę hę mutationes maxime perseuerantiores, generaliores sunt. Hęc etiā omnia intelligenda sunt, temporis ratione habita, & particulariū constellationū quę interim occurrunt: vel augentes vel imminuentes generalem eclipsis significationem. Ea propter vt hęc particularius explicemus, Ad præsentis anni particulariores constellationes, luminarium synodos, præuentionesq; trimestres, ac menstruas nobis descēdendum est.

Quarta Hyemalis.

¶ More Romano, ab Hyemali quarta annū īcipim⁹. Est aūt hęc quarta coniunctionaria, & in themate huius coniunctiōis hyemalis, q̄ est secūda Decembris. horis.9.10. Anno.1518. in vigesima parte Sagittarij tabularis: aut parte vigesima quīta Sagittarij veri octauę sphęrę in loco scilicet, q e diametro est loci deliquiosi, & ob id prouocatorio eclipticę significationis: inuenimus Iouē œcodespotem loci cōiunctionarij, eundē de sextili respiciētē, ex Libra. Martem autem œcodespotē anguli pręcedentis coniunctiōnē, ex loco ecliptico, initio videlicet Cancri, coniuncta luminaria de opposito irradiantem. ob id Ioui & Marti dominatū tribuimus. Cum quorum Idiotropia consentit ea stella regia quæ in angulo ascendentis constituitur. Cor videlicet Leonis, de trino locū coniunctionariū respiciens. Locus itaq; cōiunctionis, vētos promittit. Iupiter cuius est œcodespotia pręcipua: in Libra, ęquabilem aeris tēperiem portendit. Mars in loco ecliptico in Cancro calorē excitat, turbidiorē etiā aeris habitū reddit, & tenebras īgenerat. Et vniuersa hęc super siccitate simul attestantur ac caliditate. Cū hac constellatione concordant eclipsis solaris illius significationes quæ tunc vigebant. Ratione igitur ad loci conditionē: & ad temporis peculiaritatē naturalē habita (quæ humida est frigida & vētosa) dicimus quartā hāc Hyemalē minus humidam minus pluuiosam, & niuosam, minus etiā frigidā fore q̄ sua crasis reqrat. Sed ḡnaliter tepidior erit & siccior, hoc est sine pluuijs: habebit tñ plerosq; dies nebulosiores & obscuros, & vētos interdum noxios & pestilentes, in q̄busdā etiam locis vbi aer calidior erit, fulgura atq; coruscationes. Q; a-

tē Saturnus permaneat in opposito ecliptici loci, e diametro Martē oecodespotē respiciēs, Iouē aūt, e quadrato, Primusq; excipiēs Lunā a coniunctione venientē in Capricorno : hoc aliquos dies frigidiores efficiet, cū gelu, sʒ parū duraturo Cōminatur hoc etiā catharros, distillationes, tusses, grauedines, rheumata, colicas, & quæ huius generis sunt.

Ianuarius.

¶In Ianuario est luminariū synodus prima eius mēsis minutis vndecim post horam octauā antemeridianā. In vigesima parte Capricorni tabularis, cęlestis aūt, parte vigesimaquita. In qua cōiunctione, Saturnus dominatum obtinet: vt q̄ dn̄s est loci coniunctionarij, in eodem loco constitutus, & Mercuriū Venereq; secū coeuntes, Dominus est etiā Ascēdentis qui est angulus significationis: quoniā subsequens est & sinister. Hæc generatim, mēsem hūc Ianuarij humidiorē frigidioreq; efficiūt, dies primos frigidiores, & cum gelu, dies reliquos nebulosos, obscuros, fastidiosos, pluuiosos aliquos & niuosos interdum, cū pruina & gelu aliquali. Et ea q̄ antediximꝰ mala, rheumata, catharri, tusses, grauedines plus inualebūt in plerisq; locis. Est oppositio luminariū hoc mense, die decimaquinta. horis. 10. 21. post meridiē. Quę nihil ab hac priori auræ q̄litate mutabit. Nisi q̄ aliquos dies paulo placidiores clariores & magis temperatos efficiet.

Februarius.

¶Luminariū cōiūctio, a qua pticularius huiꝰ mēsis qualitas dependet, est penultima Ianuarij horis. 6. 15. post meridiem in parte vigesima Aquarij in Tabulis, in cælo autem, in parte 25. in trino aspectu Martis & Iouis. In hac cōiunctione, oecodespotia, ad Saturnū præcipue pertinet, vt qui dominꝰ est loci cōiūctionarij. Iupiter aūt partē habet: quia dn̄s est tam precedentis q̄ sequētis anguli, cōiunctionis etiā locū respicit hn̄s rōnē triāgularitatis i eodē. Ex pte Saturni oecodespotis loci etiā cōiūctionarij, ex pte etiā peculiaritatis tpis frigiditas designat̄ cū hūiditate. Sed ex pte Iouis & Martis, aurę tēperies atq; claritas designat̄, quos adiuuat tūc vigēs ecliptica significatio. Erit igit̄ aurę habitꝰ humidus hoc mēse sed leuior interdū, dies clari & amoeni. Nōnūq̄ tn̄ dies obscuriores cū nebulis cū pluuijs & aliquali frigiditate habebit. Sed nō, quantum temporis peculiaritas & regionum conditio exigit. Est hoc

mense, opposito luminũ, die 14. horis. 5. 10. post meridiẽ, hæc aurę habitum paulo humectiorẽ efficiet, & ventosiorem. Hæc erit huius hyemalis quartę in suis mẽsib⁹ dispositio. Illud generatim admonuisse sufficiat, q hac quarta hyemali nunq̃ magna & longa gelicidia, aut niues vel pluuias abundãtiores videbim⁹, ad tẽporis & loci naturã ratione habita. Prohibẽte id generali eclipsis significatione, quę hoc tpe viget, atq; hyemali coniunctione, quæ huius quartę principiũ pcessit.

De quarta vernali.

¶ Vernalis coniunctio, id est, quæ est ante initiũ huius quartę siue ante introitũ solis in punctũ verni ęquinoctij, ex qua hui⁹ quartæ qualitas peculiarius dependet, est prima Martij hora tertia, cum decem minutis, de mane vigesima fere parte signi Piscium in tabulis. In cęlo aũt, pte vigesimaquinta in dextro q̃drato loci deliq̃osi: in qua Venerẽ pcipuã œcodespotiã iuenimus obtinere, vt quæ in loco coniunctionis, triangularitatem & exaltationẽ habet, cũ ipsis luminarib⁹ coniuncta, domina etiam est subsequentis anguli. Saturnus autem, Iupiter & Mars, partẽ habent in significatione. Nam Saturnus dñs est ascendentis imptiliter cõstitutus in eodem, qui angulus est significationis. Mars aũt ex ecliptico loco ipa luminaria in sua triangularitate cõstituta de quadrato respicit. Iupiter aũt dñs est signi coniunctionarij. Tam aũt locus coniunctionis q̃ Venus quæ pcipuam œcodespotiã obtinet, & ex sua idiotropia & ratione loci in quo constituitur, cũ huius quartę naturali pprietate concordant. Quę humecta est & ęquabiliter calida, & ob id tonitruosa. Significationi aũt frigiditatis quę a Saturno ingeri posset significari, in primis obsistit ecliptica significatio, quę maxime pro secunda & tertia parte tẽporis significationum, caliditatẽ maiorem portendit. Obsistunt & Mars & Iupiter, qui vt diximus, in significatione partem habent. Erit igitur hæc quarta vernalis, satis tẽporalis, humecta mediocriter & satis ęquabiliter calida, pluuię atq; irrorationes genitales. portendunt, ac foecundæ. Aeris serenitas satis quieta ac placida, In quibusdam etiã locis, tonitrua, fulgura & coruscatiões. Precipue autem in mense Martio qualitas aeris humidior erit & satis placida ac ęquabilis. Oppositio luminariũ, hoc mense, est die 15. horis 22. 18. post meridiem. Quæ priorem fere aurę qualitatem continuabit.

Aprilis.

¶Luminarium coniunctio, a qua particularius huius mensis pendet dispositio, est penultima Martij hora prima cũ.24.minutis post meridiem, in parte decimanona signi Arietis in tabulis. In cœlo autem, parte vigesimaquarta: in qua Mars cũ Venere præcipuũ dominatum obtinet. Mars, q; dominus est signi coniunctionarij, ipsum locum coniunctionis de quadrato respiciens. Venus autem, quia domina est anguli significationis, cum luminaribus coniuncta. Saturnus autem & Iupiter coniunctioni & oecodespotibus aduersantur e diametro & quadrato. Iupiter coniunctioni & Veneri de opposito contrarius: cum Marte autem tetragonus. Saturnus vero cum coniunctione & Venere quadratus, Marti autem e regione aduersus. Hæc auræ qualitatem, hoc mense satis mixtam efficiunt. Plus tamen calidam cum aliqua etiam humiditate, noctes roridas, dies claros serenos & placidos. Et in quibusdã locis tonitrua, fulgura, coruscatiões, traiectionesq; apparebũt. Opponunt luminaria hoc mense, die decimaquarta, horis.11.50. post meridiem. In qua preuentione præcipuam iurisdictionẽ exercet, vt qui tam in loco Lunę, q̃ in angulo significationis principatum obtinet: qui maiorem caliditatem hac secunda parte hu9 mensis portendit, cum auræ serenitate, & in quibusdam locis, tonitrua, fulgura, atq; coruscationes.

Maius.

¶Coniunctio luminarium a qua huius mensis dispositio dependet particularius, est vigesimaoctaua Aprilis, horis.12.6. post meridiem, in decimaseptima parte Tauri in tabulis. In cœlo vero parte vigesimasecunda cũ minutis aliquot, in qua Venus præcipuum dominatum exercet, vt quæ domina est loci coniunctionarij & anguli cęli medij, in quo est cõiunctio. At Iupiter, partem habet ob dominium: quod exercet in angulo subsequenti, Saturnus autem ex ascendente irradiat cõiuncta luminaria & Venerem oecodespotem trino aspectu. Hæc qualitatem auræ, hoc mense calidam efficiunt, & serenam, roridam quoq; & aliqualiter humectam. Opponuntur luminaria mense hoc, die quartadecima, minutis.50. post

& plus siccior atq; æstuosior. Et in locis qbusdã, tonitrua, coruscatiões, fulgura, & multę ignitę impressiones cõspicabunt. Hæc in vniuersum & p singulos suos menses huius vernalis quartę habitudo, & aurę qualitas erit.

De quarta æstiua.

¶ Aestiua coniunctio, hoc est, q̃ pxime pcedit itroitũ solis in punctũ æstiuę cõuersionis, est vigesimaoctaua Maij. minutis 48. ante meridiẽ in parte decimasexta Geminorũ in tabulis. In cælo autem parte vigesimaprima, in eo loco in quo pcessit eclipsis solaris. Eapropter, & concitatoria est eclipticę significationis quæ hoc tẽpore præcipue viget. In hac coniunctione Mercuri⁹ præcipuã œcodespotiã exercet, vt qui dñs est loci cõiunctionarij, dñs etiam tam pręcedẽtis q̃ sequentis anguli. Hic autẽ cum Marte œcodespotiã obtinebat in secundo & tertio themate eclipticis, quorũ nunc vigent significationes. Mars autẽ de sextili ex leone: Iupiter autẽ de trino ex libra attestantur loco coniũctionis. Hæc vniuersim sup magno calore & siccitate attestant. Est eñ Mercurius occidu⁹, & ob id maiorem siccitatẽ efficiẽs. hoc etiã modo fuerat in eclipsi illa. Est & in Cancro in quo sunt vt plurimũ stellę Martiales & cõburẽtes. Ob id & calorẽ excitat maiorem. Fuit & in hac eclipsi, in eodem loco. Mars autẽ præcipuã potestatẽ habens in eclipsi, ex signo igneo coniunctioni attestatur. Cum huius autẽ coniunctionis significatione, tam naturalis hui⁹ tẽporis crasis, q̃ generalis illa significatio ecliptica concordãt. Hæc igit statum aeris, in hac quarta æstiuali portendunt, ęstuosum & exurentẽ plus q̃ calidum: qua e re, multam siccitatẽ ac aquarum inopiã fieri necesse erit, flumina arescere, fontesq; permultos prorsus ab humore destitui, inde etiã aquarũ insalubritatẽ euenire necesse erit. Quibus ex rebus & soli ob nimiã siccitatem infœcũditas, eorumq; quę ad victũ pertinent, caritas maior in locis plerisq; natura siccioribus consequet. Ad hæc & venti erunt sicciores ęstuosioresq; inordinati, tabifici & pestilentes, cũ frequentibus coruscationibus, fulminibus, traiectionibusq;. Itẽ cum terræ ruptura, hiatu, & in quibusdam locis, terrę commotione. Hoc etiam tẽpore plurima eorũ malorum apparebũt, quæ a Marte & Mercurio iurisdictionẽ obtinentibus in solari illo deliquio portendebant. Infirmitates calidę, febres acutę, pustulę, tubercula, epidymię &c. Bellici etiam tumultus in ple

risq; locis & ea mala quæ ex his exoriri solent, quæ in generali eclipsis illius significatione latius explicauimus. Hæc generalis erit huius quartæ qualitas, quæ circa initiũ Iunij incipiet plus apparere. Est luminariũ oppositio duodecima Iunij horis 10.11. post meridiem, in qua Saturnus p̄cipuas vires exercet. vt qui lunam in suo domicilio ad se venientē excipiat. dominus etiã est anguli significationis. Hæc, pro secunda parte huius mēsis, calorē paulo reddet remissiorē atq; tolerabiliorē.

Iulius.

¶ Coniunctio luminum a qua huius mensis qualitas particularius depēdet, est 26. Iunij, horis 11.36. post meridiem, in quartadecima parte Cancri, in tabulis. In cælo autem parte decima nona. In qua Iupiter pręcipuus œcodespotes est, vt qui exaltationem habet in loco coniunctionis, eādem de quadrato respiciens. Saturnus tamen nõnihil in significatione admiscet. Hic mensis secundũ generalē huius quartę qualitatem, calid⁹ erit, siccus, & æstuosus. Nam & locus coniunctionarius & Iupiter dñs coniunctionis, cũ generali illa significatione concordant. Cui⁹ Saturnus, q̃ dñs est cardinis significatiõis, & cõiunctioni e diametro aduersatur, aliquid conet de caliditate & siccitate imminuere, generalis tamen illa significatio p̄ponderabit. Oppositio est hoc mēse die vndecima horis. 18.2. post meridiem: in qua Saturnus totam fere œcodespotiam exercet, vt qui dñs est loci lunæ & anguli significationis. Ob idq; paulo temperatior erit.

Augustus.

¶ Coitus luminariũ a quo istius mēsis qualitas particulatim dependet, est vigesimasexta Iulij hora. 1.45. in vndecima parte leonis cum. xl. fere minutis in tabulis. In cælo autē parte decimaseptima. In hac cõiunctiõe Iupiter & Mercuri⁹ p̄cipuã œcodespotiam exercent. Iupiter eñ triangularitatē habēs in loco coniunctionis eundē de sextili respicit. Mercuri⁹ autē in angulo significatiõis dominiũ exercet. At Mars partē habet q̃ est in medij cæli culmine & dominus ascēdentis in themate Mercurium de sextili irradians. Hæc omnia generalem illum quē ante diximus aeris habitum in hac ęstiuali quarta confirmant. Nam & locus cõiunctionis calorē ingenerat & siccitatē,

Erit igit aurae qualitas hoc mēse,qualē in hac quarta gnalem fore descripsimus, calida,sicca,aestuosa &c. Est luminariū oppositio hoc mēse,die decima,hora 1.mi.35 post meridiē,in qua Iupiter praecipuā oecodespotiam exercet: vt qui dominus est loci lunae,& ascēdētis in themate,anguli etiam significationis. Mars tamē partē sibi vēdicat. Haec priorē aurę qualitatē confirmabūt. Est cōiunctio luminariū hoc mēse,die 24. horis 17.42 post meridiē. Parte decima virginis,in tabulis,in coelo autē parte decimaquinta. A qua coniunctione,qualitas temporis sequētis ad quartā vsq; autūnalem depēdet. In hac coniunctione Mercurius vires pcipuas exercet: vt q dominus est tam loci cōiunctionarij,q̄ vtriusq; anguli & precedētis & subsequētis,cōiunctus etiā cū luminaribus ipsis in suo domicilio. Hic pte illa tēporis,faciet aurā paulo māsuetiorem & in locis plerisq; fulgura & tonitrua concitabit. Ea est igitur huius aestiualis quartae,generalis qualitas & in suis mensibus singulis,quam ante diximus.

De Quarta Autumnali.

¶Quarta haec Autumnalis,plenilunaris est. Pręuentio autē autumnalis,hoc est,quae solis introitū in puncto autumnalis aequinoctij proxime pcedit,est die octaua Septembris horis 9.46.post meridiem. Sole existente in loco fere partiliter quadrangulo ipsi loco in quo eclipsis illa praecessit: de qua supra tam multa. Ob id,& puocatoria erit eclipticae significationis: q̄ tūc vigebit. In hac puētione,Mercurius pcipuā oecodespotiā exercet. Est em̄ dominus loci solaris,& cū sole coniunctus lunam e diametro respicit. Est pterea dominus ascendētis in themate. Iupiter tamē partē habet in significatiōe,ex eo q dominus est loci lunaris,in angulo etiam significationis rationē habet maiorem: sed Mercurius multis partibus superat. Hic autem, sicut ante diximus, cū Marte dominatum obtinebat in secundo & tertio thematibus eclipsis illius solaris, cuius significationes nunc durant praecipue. At Mercurius in themate puentiōis istius, a sole existēs occidētalis tēdit ad cōiūctionē Martis. Hec sup siccitate caliditateq; significāt: sed pl' sup siccitate. Nā Mercurius ex sua idiotropia,& pcipue occiduus, siccitatē excitat maiorē. Et hoc eo magis, q se ad Martē trāsfert: & ob id,quasi in ei' trāseat naturā. Valebūt igit hoc tēpore autumnali,generales eclipsis illius significationes. Et hoc,

ad tẽporis peculiaritatẽ & locorum cõditionẽ ratione habita. Cum igitur huic tẽpori sit siccitas peculiaris, erit hæc quarta, sicca vltra solitũ, & pręter naturalẽ temporis proprietatẽ calidior, multisq; aspiratiõib⁹ exhalatiõibusq; ẽ terra eductis aer inficietur. Ob id & ventorũ flat⁹ validiores erunt, ęstuosiores mordacioresq;, ad hæc, & pestilentes & tabifici, cum coruscationibus, fulguribus, fulminib⁹ & multis ignitis impressionibus, & forte in quibusdã locis cometes aliquis videbitur, aut stella crinita. Hæc dico præcipue euentura in locis natura calidioribus: illisq; quę plus eclipticis illis significationibus sunt obnoxia. Hęc erit generalis huius quartę autumnalis qualitas. q̃ se incipiet ostendere ab octaua Septẽbris. Est in Septẽbri luminariũ coniunctio, die vigesimatertia horis 10.49. in decima parte Librę in tabulis. In cęlo autẽ parte decimaquinta. In hac Saturn⁹ p̃cipuã œcodespotiã exercet, vt q plures habet ratiões in loco cõiunctionis, eundẽ de quadrato respiciẽs, dñs etiã cardinis significationis, in eodẽ partiliter cõstitutus, hic conabit̃ hos dies, ad proximã pręuentionẽ efficere paulo frigidiores, humectiores, nebulosiores & obscuriores: Sed parum in generali hui⁹ quartę significatione poterit imminuere. Potissimum quia Iupiter Mars & Mercurius coniuncti primi excipiunt coniunctionem Lunęa Synodo venientis.

Octobe r.

¶ Est in Octobri oppositio luminariũ die septima horis 19. 11. post meridiẽ: i qua Mars in loco Lunę dñium exercet. Iupiter aũt cardinis significationis dñs, sub radijs Solis est lunã e diametro respiciẽs. Hæc vniuersim tã ex parte locorũ luminariũ, q̃ ex pte œcodespotũ Martis & Iouis & locorũ cõfigurationũq; eorundẽ in caliditate efficiẽda conueniũt: & qualitatẽ aurę faciunt hoc mẽse plus calidã q̃ tpis ꝓprietas & regionũ cõditio requirat. Pręterea cõcitabit hęc ꝑuentio locis aliquib⁹ tonitrua & coruscationes, qm̃ tã Luna q Mars œcodespotes ei⁹ in signis sunt tonitruosis & coruscosis &c. Saturnus tñ ꝙ vtriq; luminariũ & quadrato est aduersus, & multas rationes habens in angulo significationis & loco solis, dies aliquos frigidiores: obscuriores & nebulosiores conabitur efficere. Est

tur. Sed quoniã hęc eclipsis apparet in cardine cęli occidentali, immo finis eclipsis occultabit̃ sub terra, non apparebunt hoc anno pręcipuę eius significatiões, sed in vndecim circiter mẽses differẽtur anteq̃ incipient, Non dico, In annos vndecim, vt nugator ille de quo supra verba fecim⁹, Ob hoc, nihil de ea nunc prolixius tractare statui, q̃ vt hoc tempus particulariter respicit. In hac ecliptica cõiunctione, Mars pręcipuam œcodespotiã obtinet, vt q a dom⁹ est loci deliquiosi, ĩ eo plurimas ratiões obtinẽs. Est etiã pręsens ĩ eodẽ loco, sub radijs luminariũ cõiũctionũ habẽs sibi cõiũctũ Mercuriũ, & ambo sunt occidui, Est & dñs Ascẽdentis in themate, Iuppiter etiã sub radijs est luminariũ, in loco deliquioso, orientalis. Hoc itaq; illius eclipsis significationes de qb⁹ supra tractauim⁹ cõfortabũt & cõtinuabũt, Et quãtũ ad pręsens tẽpus attinet, cõfirmãt generalem illam significationẽ de qualitatib⁹ huius quartę. Et pręcipue calorem significant, tonitrua, coruscationes, fulgura & quæ huius generis sunt.

Nouember.

¶ Prædictã solarem eclipsim, subsequit̃ in ꝓxima luminariũ oppositiõe, deliquiũ lunare, septẽdecim fere punctorũ, Luna quidem, in parte. 23. Tauri, cum. 25. minutis, in tabulis, in cęlo vero, in parte. 28. eiusdẽ cum. 44. minutis constituta. Sole autem e regione, in parte correspõdente Scorpionis. hęc eclipsis, quoniam durat horis tribus cum. 38. minutis, durabit etiã effectus eius, quatuor fere mẽsibus. De hac ergo in sequẽtis anni prognostico scribendum erit exactius, Nã eius initium distat circiter quartam vnius horę tẽporalis, ab horizonte orientali, qua ex re ad mediũ fere huius mẽsis incipiẽt apparere significatiões ei⁹, quæ vigebũt pręcipue, in quarta Hyemali anni sequẽtis. Ob id nihil de ea, nisi quantũ residuũ huius anni tẽpus ad sequẽtem Hyemalẽ quartam cõtingit, pro nunc scribere voluimus. In hac eclipsi, Venus dominatũ exercet in loco luminaris deliquati, id est lunę, Mars autẽ in loco Solis, & sub eius radijs cõstitutus, Lunã e diametro affligit. Est ergo œcodespotia præcipua Martis & Veneris. Hæc quantũ ad residuum huius anni tempus attinet, generalẽ quem diximus aeris habitũ in hac quarta confirmãt. Nam tam locus deliquiosus q̃ locus Solis & Martis & idiotropia eiusdem super calore attestantur.

At Venus, humiditatem cũ serenitate promittit. Hęc pro hoc anno, de hac eclipsi satis fuerit. Est cõiũctio luminariũ hoc mẽse, die vigesima prima horis. 20. 8. post meridiem, Parte nona Sagittarij in Tabulis, in cælo autẽ parte decimaquarta. In coniunctione, Iupiter & Mars pręcipuã iurisdictionẽ obtinẽt. Iupiter, vt qui dominus est loci coniunctionarij & subsequentis anguli, Mars autem, qꝫ cũ luminaribus est coniunctus, in loco eorũdem triangularitatẽ obtinens. Hęc omnia consentiunt cum ea aurę qualitate quã ante dixim⁹, præter temporis conditionẽ calida siccaqꝫ. Huiusmodi erit vsqꝫ ad initiũ sequentis anni, id est hyemalis quartę, a qua Romano more annum inchoamus, aurę dispositio. Ad quam, totus fere Decẽber ptinet. Et ob id, nihil de eo specialius dicimus. Hęc gñatim de quatuor huius anni quartis quo ad generalem in ipsis aeris habitum, & per singulos mẽses dicta satis sint. Nemo a nobis exigat particulariorem in his aereis mutationibus, rebusqꝫ quę ex eis consequũtur enarrationem. Quis enim possit fortassis ab astronomo quid particularius pędici de his rerum mundanarum mutationibus ex singulis luminariũ quadrangulis aut semiquadrangulis, item, ex ortu, occasu, apparitiõe occultationeve matutina, aut vespertina stellarum fixarum per dies singulos: immo & particularius quãtum ad horas dierum, ex luminarium stellarumqꝫ decursu per quatuor cardines cæli: Non vt a nostris diuinatoribus hæc prædicuntur, qui ad nullum horum respiciunt, sed aut composita quadam astutia, aut forte fortuna de singulis diebus prædicunt, Nihilominus, inuenim⁹ in his pticularioribus veluti infinitatem quandã esse. Eadem nãqꝫ hora, qua hic pluit, in loco vix duabus leucis abhinc serenum cęlum est. Quę differentia, ex causa cælesti, aut ex horoscoporũ diuersitate minime ppendi potest, sed proueniũt plurima istorum diuersa in locis diuersis, ob materiæ, aut rei passibilis alteram habitudinem. Quemadmodum, & eodẽ loco, idem Solis radius liquefacit ceram & si quid eius generis est, cõstringit autem lutum. Nam diuersis locis, ob soli situm, & ad mõtes quosdam adiacentes aliam

fulgura, coruscationes &c. ingenerant, vbi in locis vicinioribus eadē minime cōspiciant. Horū oim Ptolomęus in procemio apotelesmaton meminit. Et ob hæc ad Syrū, Particularium rerū pdictionē ad numine afflatos vult esse relegandā, minime vero ad sciētē. Sic em̄ enūciato primo de sciētia loquēs astrologiæ, ita inquit. Fieri nequit: vt q sciens est, pticulares rerū formas pnūciet: sicutinec sensus pticularē: sed gnalē quādā suscipit sensibilis rei formā. Oporteteq̧ tractantē hæc rerū cōiectura vti. Soli aūt numīe afflati pdicūt pticularia. Hæc ille ad verbū, q̄q̄ aliter & mēdosa & deprauata in vulgarib⁹ codicib⁹ habeant. Ex his q̄ astrologice diuiatores nr̄i q annuas pdictiōes edūt, de singulis dieb⁹ pdicūt, qlibet poterit facile ęstimare. Sed astutia in eis supplet: qd deest astrologiæ. Ea etem̄ pdicūt de qbus, vtcūq̧ accidat, nō pn̄t falsitatis cōuinci. Solēt & hi nr̄i pgnosticatores de singulis fere terrænascētibus: pticularia pdicere, de tritico, siligine, auena, ficub⁹, vino, oleo, & singulis pticulatim fructib⁹, ex ptibus, quas ipi appellāt, eorundē, singulis fructib⁹, ptes singulas, in circulo assignantes. Sed hāc ptem eis libēter relinquim⁹: q nō sortilegia: sed astronomiā didicim⁹: de his etem̄ reb us, p sortes istas, aut ptes, vt ipsi dicūt, iudicare, manifesta sortilegia sunt & q̄ nullā rōnem neq̧ naturalē habēt, neq̧ astrologicā. Qd aūt via naturali de his reb⁹ iudicari pōt est eiusmōi. Inuenim⁹ habitū aurę, pcipue p æstatē futurā, supra modū ardētē, fore æstuosam & siccam. Qua e re bn̄ ominari his terrænascētib⁹, q̄ caliditate & siccitate gaudēt necesse erit. Cuiusmōi sunt olea, vina, & q̄ sunt huius gn̄is. Ob id dicim⁹, vina, anno sequēti bona fore, dulcia, bn̄ cocta, & vili satis pcio. Ecōtrario aūt, male his terrenascētibus ominat: q̄ nō nisi terra humectiore crescere pn̄t, cuiusmōi sunt auena, hordeū, multa legumīnū gn̄a, pascua &c. Qua e re in his rebus, in animalium pabulis futurā caritatē pdicim⁹. Cognito itaq̧ aeris habitu p tēpus vernū, æstiuū, & autum nale, quiuis de singulis fere terrenascētibus, ex proprietate eorum cognita quēadmodū se habitura sunt, facile poterit æstimare. Hæc de huius anni. 1519. prognostico satis fuerint.

Finis. XV. Calendas Aprilis. 1519.

